tales huiuscemodi paucos vel raro cōperies. ¶ Qui etiā si reperianſ ad purā hanc diuinorū cōtēplationē nō niſi longissimo tpe ppter eius p̄funditatē posterūt puenire. Cū em̄ spiritualia p̄ sensibilia cognoscamus, multa p̄q̄ intelligere oportet anteq̄ ad summū intelligibile perueniam⁹. Vnde philosophi Metaphysicam, quæ cīrcā diuina versatur, tradunt vltimoloco descendā: p̄sertim qa ad eius cōtēplationē (vt dī dī est) puritas cordis & oīm passionū animæ sensibilis necessaria sedatio est. Aīa em̄ sedēdo a passionibus & a motib⁹ corporis quiescēdo fit prudēs. Quo magna affuetudine & puigili cura p̄paucis vixī se neucte puenire p̄tingit. Cum itaq̄ multi adhuc iuuenes ex hac vita decedat, pauci quoq̄ admodū vel fere nulli virtutibus & diuinorū cōtēplationi incūbant: superest vt etiā pauci & fere nulli hāc felicitatē. assequātur. ¶ Subtilius quoq̄ īvestigādo pauciores inuenias, qui ad rerū diuinarū cognitionē cōtemplationemq̄ perueniant. Multipliciter enim ob infirmitatem intellectus nostri etiā in rebus natura libus fallunt̄ hoīes. Tum qa sensus, a quo nīra oīs incipit cognitio, nos plērūq̄ decipit: vñ multi sole parūt quantitatis esse arbitrantur. Imaginatio quoq̄ obnubilat ītellectū: ita vt multis difficile fuerit crede re esse aliquas substantias incorporeas. Discursus etiā ipsi⁹ intellectus minime rect⁹ nos frequētissime fallit: ex quo p̄sēpe aliquā pbabilē & iterdū sophistīcam rationem pro demōstratione recipiūmus: qđ excellētissimorū virorū inter se dissidentiū opinione variq̄ attestātur. ¶ Itē passiones animę & prauq̄ consuetudines, variq̄ hominū affectiones, eos etiam a

C

Triumphus Crucis.

cognitione veritatis earū rerū impediūt, cū qb^o affi-
due versant: Quāto igif magis ex hmōi impedimen-
tis diuinorū cōtemplatio ipediet? Inuenim⁹ itaq^b pau-
cissimos hoīm fieri posse beatos: qd valde absurdum
est, cū beatitudo sit vltimus hūanę vitę finis, q ad oēs
ptinet. Qz si nulla alia beatitudo, nisi q in hūanis ha-
beri pōt, mortalib^o pcederet: pfecto pueri & iuuenes
& fere totū gen⁹ hūanū, qsi necessario illa priuarent.
Sed diligēti⁹ adhuc aīaduertētes arguem⁹ in hac
vita verā hoīs beatitudinē inueniri nō posse. Nā cū
beatitudo sit summū hoīs bonū, nō admittit secum
aliquid malū: cūq^b sit p se sufficiēs bonū, oportet illa
acq̄sita nihil ampli⁹ homini deesse. Sed qs i hac vita
inueniri potest, q ita sibi sufficiat vt re nulla indige-
at, & ab omīi infortunio maloq^b sit illeſus ac tut⁹?
Cū humana natura sit multipliciter serua, multisq^b
casibus ac detrimētis obnoxia. Vñ ſepius apparentē
plurimorū felicitatē calamitas intercipit: vt de Pria-
mo legif, & quotidiana experimēta nobis ostēdunt.
Prēterea vel si quis hāc beatitudinē assequatur, nō
videſt qua ratione possit vere dici beatus. Nā beatitudo
cū sit vltimus finis, est quies cordis humani.
Oēs aut̄ hoīes naturaſr scire desiderāt: & iō hoc desi-
deriū cū sit natura insitū, qescere nō pōt donec ad op-
eratā pueniat cognitionē. Pl̄ima ſoſunt & pene iſſni-
ta, etiā in reb⁹ naturalib⁹ desiderata, quoq^b cognitio
nē nūq^b human⁹ assequit̄ intellect⁹. Qd ex hoc maxi-
me argumēto colligi pōt: qa ſc̄z cū inueri excellēti in
genio philosophi ab exordio mūdi ad hēc vſq^b tpa ri-
mari oīa nature secreta conati ſint: m̄lto tñ plura ſu-
perfunt ignorata q̄ ſc̄ta ſint ab eis, vel cognita. Idem

Liber Primus.

quodq; ipsi fatent̄ maximā eoz p̄tē, quę scimus, minf
mā eorū esse, quę ignoramus. Vñ adhuc se vltimas
rerum differentias nescire testant̄, quarū loco in dif-
finitionibus noīa accidētiū ponūt. Si itaq; adeo intel-
lectus noster caligat ad naturalia, quanto minus ad
supernaturalia penetranda poteris eleuari? Quę igi-
tur ipsius dei cognitio naturaliter nobis in hac vita
concedit, perexigua est & valde incerta. Ideo natura-
le hoīs desideriū intam hebeti & modica rerū natu-
raliū diuinarūq; cognitiōe quiescere nō poterit: quis
immo quāto magis i hac cognitiōe p̄siciet vehemen-
tiori affectu ad eā fereb̄: q̄a oīs mot⁹ naturalis in fine
vehemētior q̄ in p̄ncipio existit. Et sic semp̄ tāto vehe-
mētius cor humanū in deū mouebit, quāto in ei⁹ co-
gnitione magis p̄ficerit. Nunq; ergo quiescere posse-
rit cū ad ei⁹ p̄fēctā contēplationē in hac vita nequeat
peruenire. Quia (vt inquit philosophus) sicut se h̄z
oculus noctū ad lūcē solis: ita se habet intellect⁹ no-
ster ad manifestissima naturę. ¶ Ceterū si q̄s in hac
cognitione diuinorūq; contēplatiōe post multos diu-
turnosq; labores hanc animi quietē adipiscat, adhuc
non constat quō hic possit vere dici beatus, cum ad
eam instāte iam morte p̄tenerit, quā oīno vitare nō
potest. Videlicet em cūctis hoībus a natura vel ma-
ximū inesse desideriū pennitatis, cum vel per sobolis
ppagationē vel p̄ alia opa īmortales effici vehemen-
ter desiderent. Nō potest autē vir sapiens morte non
tristari, si nulla extet alia vita p̄tēter hanc, quam
vitimus. Non enim potest vir sapiens malum non
odisse. quod vero malum potest ei maius aduenire
q̄ preciosissimę ac beatę vitę tantopere cōcupitę pri-

C iſ

Triumphus Crucis.

uatio p mortem? Cuius meditatio frequens sapiete decet. Nec potest de morte ipsa nō quandoque cogitare cum nō brutorū vita, sed rationali vtatur. Profecto eum qui pro huiusmodi vita acquirēda tāto studio cura & labore tempus om̄e cōtruerit, illāque postmodū celerrime oīno incertoque termino ac vario euentu sit amissurus, beatum dixerit nemo. ¶ Ex prædictis itaque colligitur, nisi aliam vitā posuerimus, nihil homine infelicius esse ac miserabilius. Cætera enim nō difficulter fines suos duce natura cōsequi videmus. Homo vero infinitis animi corporisque circūuallatus perturbationibus ac molestijs beatitudinem tanto desiderio peroptata inuenire nō possit, aut si quis in uenerit tandem post diuturni tēporis vigilias & suores maximos nequeat retinere. Hoc aut̄ quod sit absurdum in nobilissima omniū creatura, vel rudissimus quisque poterit iudicare.

¶ Animam hominis esse immortalem. Cap. XIII.
¶ I quis ergo prædicta recte consideret, nō poterit dubitare aliam esse vitam, & animaz esse immortalem. Si enim deus rerum huianarum pudentiam habet, ad quem pertinet res ad suos fines p debita media perducere, cum finis hominis non sit in vita presenti: oportet aliā concedere vitam, in qua homo beatitudinem assequatur. ¶ Præterea hominis operatio, quæ est intelligere, cum ad immaterialia & vniuersalia se extendat, indicat aliquid in homine immateriale & incorruptibile esse. De quo diuersi diuersa sensere. Sed reuera nisi hoc incorruptibile esse ponamus animam intellectuam, eamque esse hominis formam, infinitos inde prouenientes

Liber Primus.

errores evitare non possumus. Homo enim specie sor-
titur per hoc quod est rationalis & habens intellectum.
Si ergo substantia intellectualis non sit hominis for-
ma, non apparet qualiter homo speciem suam sortia-
tur per hoc quod est intellectualis vel rationalis. Vnum
quodque enim a forma speciem suscipit. Et ideo in ho-
mione ponere oporteret aliā formam, a qua esse acci-
peret. Si ergo haec non esset forma intellectualis, ho-
mo a brutis specie non differret per hoc quod homo rati-
onalis est, bruta vero irrationalia : Quod omnes negan-
t. ¶ Præterea operationes viæ comparant ad ani-
mam, sicut actus secundum ad primum. Actus autem primus
in eodem procedit tpe actum secundum, sicut scientia est ante
actum considerandi. In quounque igitur aliqua viæ
operatio inuenitur, in eo animam ponere oportet: quod ad
illam operationem comparatur, sicut actus primus ad secundum.
Anima enī est principium viæ eiusque operationum.
Sed homo propriam habet actionem excellentem supra quam cetera
animantia operationem: Quae est intelligere & ratiocinari.
Hec itaque sua ipsius est honestas, qua homo est opera-
tio. Oportet igitur in honeste ponere huius operationis
principium informam honestem, quod secundum se habeat ad intelligere
& ratiocinari, sicut actus primus ad secundum. ¶ Omne
insuper seipsum mouens comparatur ex motu & moto: mo-
uet autem seipsum homo, sicut cetera animalia. Cuicunque ergo
primum principium motus in honeste sit intellectus & vo-
luntas, honestem comparari necesse est ex substantia intellec-
tuali tanquam ex forma, & corporali tanquam ex materia. ¶ Itē
si substantia intellectualis, quam vocamus animam, non esset
corporis forma, nulla appareret ratione quod puer vel
infans homo dici posset, cum adhuc operationes non habeat

C iij

Triumphus Crucis.

Intelle^ct^o: nec etiā appareret quō dici posset hominē intelligere, si homo nō esset aliquid cōpositū ex anima & corpore. Actiones em̄ sunt suppositorum. Intelligere iugis & ratiocinari non esset propria hoīis operatio: sed alterius intelligentiæ quę ab hoīe haberet esse distin-
ctum. Nisi forte cū Platone dicatur hoīem ex anima & corpore nō esse cōpositū: sed esse solā animā corpori sicut motorē mobilī cōiunctam. Quod si quis cō-
cesserit, infinitis implicabit laqueis. ¶ Primo enim homo nō erit animal sensibile. Deinde sequeret post discessum animę a corpore, corpus eiusq; ptes eiusdem speciei remanere. Recedente em̄ motore a mobili, species mobilis non variatur. ¶ Prēterea hominis corpus non viueret per aīam intellectuā, nec p coniunctionē aīe intellectuē homo generaret. Mobile. n. applicatione motoris ad ipsum minime generatur. Vbi ergo esset hoīis generatio, si nec ipsa anima gene-
rat, nec corpus qđ generat est homo? Vbi ergo p̄tē, vbi filij? Hec & hīmōi absurdā vrgēt eos, q̄ ponūt animā intellectuā nō esse corporis formā. Cum ergo co-
gnitio veritatis sit obiector̄ solutio, & q̄ dicūt aīam intellectuā esse formā corporis, oēs euadāt difficultates: manifestū est hanc esse verissimā sententiā. Nō em̄ absurdū est animā intellectualē esse corporis for-
maz: supremāq; illi^o pte esse a corpe. i. ab organo cor-
poreo separatā. Cū em̄ ipsa aīa naturaliū sit formarū sup̄ma & imaterialiū ultima, nō est mirū si utriusq;
sapit naturā extremi, vt sit p̄tē separata p̄tē cō-
iuncta. Vnde a quibusdaz nexus mūdi appellat, q̄ p
cā sup̄ma iūmis in nature ordine copulētur. ¶ Cu^z
ergo ita sit, necesse est dicere eam esse immortale & i-

Liber Primus.

corruptibile. Omnis nāq substantia intellectualis incorruptibilis est. Perfectiones em̄ oportet cū suis pfectibilibus habere pportionē. Propriū vero hominis pfectiū, vt homo, aliqd est vniuersale & incorruptibile : quia propria eius pfectio est intelligere. Cū ergo intellectio pprie loquēdo vniuersaliū incorruptibiliūq sit, afferere oportet animā intellectuam incorruptibileq esse. ¶ Prēterea animē humanę pfectio in abstractione quadā a corpore consistit: ita q̄ q̄to magis ad incorporea & imaterialia attollit, tāto amplius pfectit. Fatuū est ergo dicere eā in separatio ne a corpore corrūpi. Nihil em̄ ex eo corrūpitur in quo magis pfectitur. Nec simul pōt aliqd ad pfectio nē corruptionēq tēdere. ¶ Qz si dicat eius perfectionē in abstractione a corpore p operationē cōsistere, corruptionē vero p ei⁹ separationē scdm esse: inanis est responsio. Quia rei opatio ipsius esse substatiāq de mōstrat: vñquodq em̄ prout est opaf, & ppria rei opatio sequit ppriā ipsius naturā. Nō potest igitur alicui⁹ rei pfecti opatio, nisi pput ei⁹ substatiā pfectif. Si ergo hoīs operatio, vt homo est, p abstractionē a corpore pfectif: nulla rōne dici pōt substatiā aīq intellectuē corrūpi, dū separaē a corpore. Est etiā natura insitū hoībus cūctis, vt quodāmō credere cōpellant aīam esse finortale. Vñ gēmo pōt sine titubatione in sentēt/a mortalitatis aīq pmanere. Qd patet ex sollicita oīm inq̄stitione. Oēs em̄ hoīes naturali inclina tione & vehementi quodā affectu hoc intelligere cu piūt; Tū maxime philosophi in hac pscrutatiōe ver sati attritiq sunt: De qua maſeria poete piter & alij tā docti q̄ idoceti varia cōſcripsere. Si ergo deus & na

C iiij

Triumphus Crucis.

tura nihil agūt frustra hæc homīm tā vehemēs inclinatio & naturale intelligēdi desideriū vanū esse non pōt. Qz si aīa sit mortalis, pfecto ptra euenit. Quia nō solū īanis est homī naturalis inclinatio & sollicitudine: sed tristitia, deceptionisq; fomentum. Cū ergo absurdū omnino sit hoc deo & naturę ascribere, paliam sit ex tali desiderio animā esse immortalem. Qd ideo homini a deo insertum est, vt sit de alia vita sollicitus. Ad quā proficiscens verę beatitudinis finē tñ modo consequi potest. Et sic cōcluditur id desideriū non esse vanū, sed per utile & necessarium. ¶ Quem admodum ergo (vt superius diximus) negantes animam esse corporis formam: ita & qui immortalitatem negant insolubilibus laqueis detinētur. Nam p̄ter ea, quæ dicta sunt, difficile erit, immo impossibile intelligere quomodo homo sit animal rationale, liberq; arbitrio preditus, & q̄ iustis legibus delinquēs puniatur: quis sit eius finis, quæve diuina circa cū sit prouidentia: compluraq; alia quæ enumerare ac differere prolixioris operis esset. Hæc autem omnia ex contraria & vera sententia facillime soluuntur. ¶ Sed quia alia, de qua nunc agitur, vita humanæ facultatis metā excedit: hic primū claudemus librū: vt sublimius fidei tractandæ officio accingamur. Quia vbi definit ratio, ibi incipit fides. Quam si veram probauerimus, nulla de immortalitate animæ supererit dubitatio.

¶ Sequitur Proœmiū Libri Secundi
de ordine procedendi.

Liber Secundus.



Vm superiori libro de ijs tractauerim⁹ q̄
ratio naturalis p se cape pōt, q̄tū huic in-
tētioni n̄rē sufficere putauimus: reliquū
est vt ad ea quertamur, q̄ rōnē ipsam na-
turalē excedūt, vt tā p hēc naturalia, q̄ p ea q̄ a Chri-
sto facta sunt, fidē christianā v̄issimā eē oñdam⁹. Et
q̄a pñtia meli⁹ q̄ pterita cognoscūt, faciliusq; pteritis
q̄ pñtib⁹ fides abrogari pōt: primo rōnū fūdamēta
ponem⁹ ī ijs q̄ cū quotidie ī eccl̄ia a christianis fieri
cernan̄, & ad sensū pateāt, negare nemo pōt. Loquor
aut̄, nō de maloꝝ christianoꝝ opib⁹, q̄ poti⁹ ab eccl̄ia
seclusi sunt: sed de ijs q̄ a bonis fiūt: q̄ nō tñm noīe, sed
opib⁹ sunt christiani. Deinde rōnes adducem⁹ sup ijs
stabilitas, q̄ gessit Christ⁹, & q̄ oib⁹ exploratissima
sunt. Pñtia siquidē pteritis fidē astruēt manifestā.
Quia x̄o pñcipalis effect⁹, ad quē ois eccl̄ie fēdit isti
utio, est iustitia & irrep̄hēsibilis vita, dicēte Salua-
tore n̄o, Ego veni. vt vitā habeāt, & abūdāti⁹ habeāt:
pmo pbabim⁹ Christi fidē eē verā p rōnes ī ipsa bo-
na xpianox̄ vita, Scđo ī h̄mōi vite cā, Tertio demū ī
ei⁹ effectu vere fūdatas. Et ī ijs oīa fere, q̄ ī ipsi⁹ dei
nři eccl̄ia militātē nūc fiūt, suo ordine cōpleteāmur.

Aliquam veram esse religionem. Cap.I.

Vigitur pcedētibus sequētia connectamus:
ex ijs q̄ dicta sunt, necesse est quēlibet homi-
nem confiteri aliquā in terris verā esse relis-
gioneā. Religionem autē vocamus debitū cultū deo,
exhibitū, tāq̄ vniuersali omniū principio & gubernatoři.
Ois em̄ effect⁹ quēdā exhibit suę cause cultū,
dū ad eā sese cōuertēs, ipsamq; quodāmodo īuocans
ei se subiſcere ac simile efficere conaſ. Qđ nihil aliud

C v

Triumphus Crucis.

q̄ retributionē quādā honoris ostēdit, vt ab ea magis magis p̄ficiatur. Cū ergo deus sit vniuersalis omniū causa, a quo celū & natura atq; oē bonū est: patet in hoīe naturalē instinctū esse oportere, vt se ad deū cōuertēs ipm inuocet, eiq; se subiiciat, & quo ad possit ei similis fiat, & ab eo p̄ficiat. Qd nihil aliud est q̄ deū colere. Cū ergo naturalis inclinatio vanā esse nō possit, necesse est cōcedere aliquā inter homines verā inueniri religionē. ¶ Ad hēc, cū ad ipsum deū colēdū sicut omnis effect⁹ ad suā causam homo naturaliter inclinatus, rōnalis sit, suiq; arbitrij, nō agit quēadmodū cōfera naturalia: sed seipsum agit. Et q̄a in multis naturalis ratio deficit, si propterea tñ hoīes oberrēt, vt nullus adhuc verus dei cultus inueniat, auferat oportet ab hoībus dei puidētia: cū in hoc qd pernecessariuz & naturale est, eis minime prouideat: qñquidē p̄ verū dei cultū iij ad suū finē perducūtur. Hoc autē supius plane redargutū est. ¶ Itē cū sciām⁹ oē hoīm genus in quolibet quo tā exēacto q̄ p̄senti fuisse diuino cultu diuersimode deditū: hoc esse natura inditū certū est. Naturale em̄ est, vt alias dixim⁹, qd oībus & in oī tpe puenit. Si ergo nullus habeat in mūdo verus dei cultus, frustra sit oportet hæc naturalis hoīs inclinatio. cū ad suū finē puenire nō possit. Ex quo seqrēt ipm deū magis irrationabilibus creaturis q̄ rōnali homini puidisse. ¶ Prēterea cū oīs cā quoad fieri pōt i suū effectū bonitatē suā p̄fectionēq; trāffundat itēdēs eū modis oī b⁹ p̄ captu recipiētis sibi similē reddere & ad se trahere: Deus cū sit summe bon⁹ & prima oīm cā p̄cul dubio perfectioni hominū, quosq; gratia oīa natura

Liber Secundus.

ha instituit, prorsus intendit. Cū igitur ipsi⁹ hoīs vera pfectio in subiectō se deo & in eo venerādo potis simē cōsistat, quod ad religionē maxime p̄tinet: hic se quis aliquā in mūdo verā religionē dari oportere.

Duplicem esse dei cultum. Cap.II.

Cūm aut̄ deus possit duplicitate ab hoīb⁹ venērari, spiritu v̄c & corpore: duplice quoq; cul-
tū ponere debemus, interiorē s. & exteriorē. In-
teriorē dicimus eū, qui deo p̄ operationē intellect⁹
& voluntatis exhibetur: Exteriorem vero qui p̄ cor-
poris officia ceremoniasq; & sacrificia impendit. Cuž
igitur materia sit propter formaz, nemini dubium
est exteriorē cultū ad interiorē ordinari eiq; seruire.
Interiorē aut̄ verū dei cultū dicimus esse rectitu-
dine ac pfectiōne vitę hoīs interioris: qua deus maxi-
me honorat̄. Quod sic pbamus. Ois cā i sui pfectiōe
effet⁹ maxie honorat̄: vñ artifices in operū suorum
cōsumatiōe pbant̄: null⁹ aut̄ effetus hoīe nobilior in
ueniſ, q̄ quāto pfectior fuerit, tāto magis suā cām.i.
deū honorabit: Eo aut̄ pfectior erit quo sancti⁹ viuet
Sanctitas vero est iteroris hoīs pfectio, q̄ etiā totus
hoī pfectif: Ergo in bona & pfecta hoīs vita deo p̄cipu⁹
honor p̄soluiſ. Et sic verus & steiger dei cult⁹ est ipa
optimi viri vita & opatio i deū relata. **I**tē deū nō so-
lum propter se veneramur & colimus, sed vt ab eo
etiam felicitatem, & quæ ad hominem spectant, bona
consequamur. Cultus ergo dei verus est medium &
dispositio ad hāc bona consequenda: Agentia si quis
dem dispositionem subiecti exigunt. Cum ergo ma-
nifestum sit ad ipsam felicitatem & huiusmodi
bona a Deo impetranda multo perfectius homi-

Triumphus Crucis.

nem per bonā vitā q̄ p̄ sacrificia ceremoniasq; dispo-
ni:cōstat verū dei cultū esse rectitudinē vitę. ¶ Præ-
terea cū de⁹ nō sit corpus s; act⁹ purus:hō p̄ rectitu-
dinē cordisq; puritatē fit deo similior q̄ p̄ actus exte-
riores,& ideo pfectius de⁹ spū q̄ corpe colif. Spūs em̄
est de⁹,& eos q̄ adorat eū,i spū & vītate op̄z adorare.
¶ Nullā christiana vita inueniri meliorē. Cap.III.

NVlla aut̄ vita melior & sanctior q̄ christiana
inueniri aut excogitari pōt. Nam inter cūcta
viuētūm genera,ea q̄ solam animā habēt ve-
getatiuam(vt plantę)infimum vitę gradum sortiū-
tur. Animaliū aut̄ vita multis distinguif gradibus:
quoq; alius alio perfectior est. Ille enim vītē sensibilis
gradus perfectior in animalibus est qui cognitionis
sensibilis est magis particeps. Cū aut̄ intellectua co-
gnitio sensibilem excedat,perfectiorem vitę gradum
hoībus q̄ brutis tribuimus. In quibus etiā diuersos
vītē gradus quo ad pfectionem nō quo ad essentiam
ponimus. Illos em̄ q̄ rōne duce in hoīb⁹ operant̄, ijs
preferim⁹ q̄ sensibus obsequētes rōne postposita fo-
ta via aberrat:qa q̄ranto magis voluptatib⁹ addicti
ab ea recedūt, tanto min⁹ pticipat̄ hoīs,& brutis effi-
ciunt̄ similiores. Qui v̄o magis rōni inseruiūt & cō-
cupisciblē pte coercēt,plus hoīs habēt q̄ bruti. Cum
ergo vita hoīs sit brutoq; vita p̄stātor, haud dubiū
est,quin inter hoīes illi supēmineāt,q̄ rationē domi-
nam amplektun̄. Vbi etiā gradus inter se varij dif-
ferunt. Cuin em̄ amplius intellectus p̄ cogitationem
& amorē veritatis spiritu aliū rerum q̄ corporearū,
p̄sertim veritatis deo cognitę perficiatur,quāto
quis magis relictis corporalibus contemplatione &

Liber Secundus.

amore ad spūalia & diuina euehitur, tanto magis p-
ficitur eius intellect⁹, & pfectiorē nāciscif vitā. Sed vi-
ta christiana ad hoc potissimū tendit, vt posthabit⁹
creaturis oibus tam spūalib⁹ q̄ corporeis p cōtēpla-
tionē & amorē se totā in deū transfundat, & fiat vnuſ
spūs cū deo. Cuž ergo potior inueniri nequeat vita q̄
hęc, quę hoīem suo pncipio & vltimo fini coniungit:
patet nullā vita christiana eē meliore. ¶ Pr̄terea re-
cta h̄c̄ vita, vt h̄o est (vt supra iā diximus) pro ipso
rationis modo æstimaſ. Quanto ergo rationabilior
vita fueritt tanto dignior iudicabitur. Quare cū ve-
ri christiani nihil omnino cōtra rationē agere velinē
fateri necesse est inter exteris ḡtes ac natiōes nullam
christianæ vitæ esse pr̄ferendam. ¶ Item bona homi-
nis vita ad contemplationem dei tendit & ad eam or-
dinatur, in qua purgatissima mentis serenitas exigi-
tur. Humanis nāq̄ passionibus & affectib⁹ subiect⁹
minime aptus est contemplationi rerum diuinarū.
At nulla vita inueniri pōt, q̄ liberiore purgatiōe
reddat hominem q̄ christiana: cum relictis omnib⁹
soli deo sese cōiungere laboret: Ergo nulla huic digni-
tate atq̄ excellentia pr̄estat.

¶ Ultimo christianæ vitæ fine meliorem nullum ex-
cogitari posse.

Cap.III.

Sed vt melius ostēdamus christiana vita melio-
rem inueniri non posse, cum duo ad bonam vi-
tam principaliter requirantur, videlicet finis bo-
nus, & quę ad finem sunt, cum ipso fine proportionē
habentia: demonstramus primo nullū finem huma-
nę vitę eo, ad quę tēdūt christiani, dari meliorem nec
magis rationi consonum: Deinde ea, quibus ad eum

Triumphus Crucis.

finē ab eis p̄ḡif, p̄fectissima esse p̄babim⁹, & cum ipso optimā h̄intia p̄portione. ¶ Quo igit̄ ad finē p̄z. Nā duplex ē hoīs finis, v̄c̄ finis cui⁹, & finis q̄: hoc ē ipsa res ad quā tēdīf, eiusq̄ fruitio. Cū igit̄ nihil p̄stanti⁹ ac meli⁹ deo possit excogitari, atq̄ christiani h̄ūanæ vitæ finē statuāt deū, cui⁹ ḡra oīa faciūt: p̄spicuū ē q̄ ad hoc nullū finē iūeniri posse meliore. Fides q̄z ad visionē & fruitionē dei nō p̄ creaturas s̄z p̄ essentiā aspirat: Quo null⁹ p̄fectior act⁹ rep̄if. Cū. n. p̄ aptā visiōnē & fruitionē deo cōiungit hō vltima p̄summatiōe p̄ficitur: supra quā nil ampli⁹ optare licet, cū de⁹ sic bonū, quo nihil maius excogitari p̄t. ¶ Felicitatem vero h̄ūani generis esse apertā dei visionē validis argumentis rōnibus. Iam em̄ supius pbatū est hoīem i p̄nti vita beari nō posse. Dū ergo btitudo hoīs sit veritatis cōtemplatio, h̄ec expectāda est in alia vita. Si vero in futura vita ponamus humanę vitę finē esse cōtemplationem primę veritatis cognitę nō p̄ speciē, p̄priā sed per effectus, multis afficiemut difficultatib⁹. Primo em̄ nō apparet quomodo in hm̄oi contemplatione humanū possit desideriuz pr̄sus quiescere. Si em̄ aīa rationalis a corpore seiuncta effect⁹ nō solū materia liū sed sp̄ualiū q̄z immaterialiūq̄ substantiarū cognoverit, aut pfecte aut imperfecte hāc cognitionem habet. Si imperfecte, inde q̄z imperfectā de deo cognitionem cōtemplationēq̄ assequet̄. Cū vero omne imperfectū suā appetat p̄fectionē, sicut materia formā & turpe pulchrū, in eiusmodi cognitionē sibi nō satisfaciens aīa q̄tē reperire nō posset. Quod ex hominū patet studio quoq̄ intellect⁹ i cognitionē cōfusa minime quiescens omni opa ac labore ad perfectā cognitionē puenire cōsedit. Sinaūt perfectā obtinuerit illoq̄ effectuū cogni-

Liber Secundus.

tionē, mox desiderabit eos, cognoscere cām: quia oīs
hōis natura scire desiderāt, & scire est rei cāz cognoscere. Qd autē naturale est, auferri nō pōt. At cū oīs
motus naturalis ī fine q̄ in p̄ncipio sit velocior, tāto
vehemēti⁹ cognitionē causē desiderabit q̄to pfectius
ip̄si⁹ effect⁹ cognouerit. Nō liqt ergo quō naturale
hōis desideriū, nisi deū videat, possit oīno quiescere.
Qd etiā hoc p̄baſ expimēto. Cernim⁹ em̄ nulla re
finita animi capacitatē impleri posse: Posito em̄ quo
cūq̄ finito intellect⁹ noster aliqd vltra semp apphē-
dit. Vñ p̄supposita qualibet linea finita, numeroq̄ si
nito, nūq̄ supaddēdi facultas in aio terminaſ: & hæc
est rō infiniti ap̄d mathematicos tā in numeris q̄ in
lineis augmēti. Cū igit̄ cuiuscūq̄ infra deū substatię
amplitudo sit finita, intellect⁹ n̄ donec diuinā substā-
tiā attigerit, satiari nō pōt. Quippe q̄ sola cū sit ad⁹
pur⁹, vt d̄ xim⁹, nullo circūscribit̄ finit. Rōnabilē ita
q̄ poni nō pōt aliū hūanę vitę finē deberi q̄ eū quē si
des n̄ra decernit, hoc ē diuine essentię visionē. Ip̄m̄do
deū ēē vltimū in q̄ aīa cōqescit luce clari⁹ est. Oīs em̄
mot⁹ naturalis ad aliquē tēdit vltimū terminū, ad
quē cū generit mobile qescit. Cū ergo ifra deū nulla
ſēa hūani cordis t̄m̄are desideriū possit, dicim⁹ q̄ so-
lū q̄n deū de facie ad faciē ituebiſ, tū demū n̄e qescet.
Qñqdē cū nihil deo sit maius, nihil pr̄sūs ad satieta-
tis cumulū accedere poterit: Necq̄ iferioq̄ desiderio
afficieſ: tū qa penit⁹ ea nihil pēdet eo q̄ finiti ad ifsi-
nitū nulla sit p̄portio: Tū qa nihil est in vlo effectū
quin excellēti⁹ in prima causa inueniaſ: atq̄ ita ni-
hil ei desiderabile deerit: Tū qa intellect⁹ n̄ exaetissi-
me p̄ficiſ: ex quo em̄ ad supmū intelligibile euēhetur

Triumphus Crucis.

proculdubio cetera intelligibilia, ad q̄ naturaſt inclinat facillime apprehendet. Quis enim ſenſum excellens ſenſibile corrūpat: contra tñ excellēs intelligibile pficit intellectū. ¶ Sciēdū eſt aut̄ q̄ cū deus ſit infinitus & extra cuiuslibet ſubſtātię ordinē: intellectus noſter p̄ pria ipſius virtute ad diuineſſe eſſentię viſionē eleuari nō pōt. Sed aliqua noua requiriſt diſpoſitio, quā nr̄i theologi glorię luſmen appellant: qđ purgatę cuilibet aīe deus infundit, vt ſuę habiliē reddat viſioni. ſemp eīn neceſſarijs deus occurrit: Neq; potest q̄c̄q̄ ſupra fuas vires attolli, niſi ei⁹ xp̄tus ſupna ope adiuueſ. Ad ipſi⁹ aut̄ dei viſionē vigor p̄ ſolā luminis intellectus naturalis intēſionē minime ſufficit, ppter ea q̄ intēſio formę eā nō trahit ad alterius ſpeciei opera tionē, qualis eſt dei viſio creatoſt intellectui cōparata. Oportet igit̄ augeri virtutē intellectuā p̄ alicui⁹ no uę diſpoſitiōis adeptionē: Quā luinē glorię nūcupa muſ. Ex quo liqt̄ q̄ vere q̄q̄ rōnabiliter fides nr̄a de hūanę viṭę ſine ſentiat, & q̄ facile oēs p̄trouerſiarū ex pliſet nodos, qb⁹ alij ſec⁹ opinātes multipliciter angū tur. Cōſtat iḡ ſiue de fine cui⁹, ſiue de fine q̄ loqmur nullū meliorē rationabilioreq; inueniri aut excogita ri poſſe eo, quē religio christiana p̄dicat & obſeruat.

¶ Nullum ad beatitudinē mediū christiana vita melius inueniri.

Cap. V.

DE medio quoq; ad cōmemoratū finem perueniendi differentes facile oſtēdemus nullū ei qđ christiana fides afferit, pferri rōnabiliter poſſe. Nā q̄ aliquo vel aliquib⁹ medijs ad finē i.e. beatitudinem homo perueniat (Cum deus & natu ra nihil agāt fruſtra) nemini eſt ambigēdū. Fruſtra

Liber Secundus.

em̄ esse dicitur quicqd ad eum finem, ad quē ordinatū est, peruenire non potest: Quēadmodū frustra quis virtutē habeat motiū ad motū exercēdū, deficientibus mēbris. Cum ergo natura homines beatitudinē appetāt: pfecto substractis medijs inani hoc flagrabant desiderio ad eam qnq̄ pueniendi. Itaq̄ aliquid mediū dari oportet, quo ad dei visionē possit homo peruenire. Idq̄ christiani esse dicunt puritatē cordis gratiāq̄ diuinā supernaturāliter infusam ipam animā omni virtute pfectientē. Cor dis vero puritatē eē me diū trāseūdi ad veritatis primę contēplationē nemo pōt negare: Oportet em̄ finē cū medijs habere pportionē. Ad ipsius aut̄ dei cognitionē magna exigit exta sis, cū sit intelligibiliū supremū extraq̄ oīa sensibilia. Ideoq̄ ad id necessaria est exq̄litissima animi purgatio, i. a sensibiliū amore & implicatione ad inuisibiliū cognitionē amoremq̄ eleuatio. Purū em̄ dicitur qđ inferiori naturenō admiscer. Cū ergo intellectus noster ab organo sit corporeo separatus, & aīa nostra sit substantia rōnalis, quāto se magis a corporeis abs trahit rebus diuinisq̄ cōiūgit, tanto purior efficitur. Quicqd aut̄ p̄hi de cordis puritate, de virtutib⁹ & p̄batis morib⁹ sanxerūt, nō tñ exeq̄ ac docet christiana religio, sed multo pfectiora docimēta ad cor sanctius purificādū inuenit. Nō em̄ puritas cordis, q̄ naturaliter ab hoībus cognosci & haberī pōt, sufficiens est mediū ad finē quē pdixim⁹ obtainēdū. Nā qcqd ali cuius nature lūm̄ites excedit, ei nisi p alteri⁹ actionēz aduenire nō pōt: Sicut & aq̄ nisi alio mouēte sursum nō tēdit. Videre aut̄ dei substātiā, vt in pcedēti capitulo discussim⁹, oēs nature creat̄e lūm̄ites trāscēdit. Iōq̄

D

Triumphus Crucis.

cum vñquodq; intelligat p suæ substantię modū: vt
quis diuinā essentiā videat ppria virtus ad purificā-
dum non sufficit, nisi actione superioris virtutis adiu-
uetur. Rectitudo igit̄ vitę, de qua philosophi disputa-
rūt, ad hanc beatitudinē insufficiens est. Hinc nō im-
merito christiani gratiam & virtutes a deo supnatu-
raliter infusas ponūt: quippe qui nulli in necessarijs
vnq; desit, vt p eas hō purgatissima acie ad finem diri-
gatur optatū. Quod prolixiori sermone pbare hui⁹
operis breuitati, cui maxime studemus, minime con-
uenit: Cū p̄sertim i libro de Simplicitate vitę christia-
nę a nobis edito, satis aperite mōstrauerim⁹ vitā chri-
stianā, nō ab amore naturali, nec ab imaginatiōe, nec
a rōe tñ naturali, nec ab ifluxu cælesti, neq; ab aliqua
spūali creatura: sed a ḡra dei. i. a dono ei⁹ supnatura-
liter infuso deriuari. Ne idē ergo s̄epius repetam⁹, le-
gant q; volūt librū illem, & intelligēt vitā christianā
esse pfectissimū mediū ad finē hui⁹ vitę pueniendi. Ex
quo seq̄t nullā inueniri aut excogitari posse vita ipsa
christiana meliore, afq; omni ex parte pfectiorem.
¶ Per religionem christianā homines certissime ad
beatitudinem perduci.

Cap. VI.

Si ergo (vt probauimus) oportet aliquā inter ho-
mines veram esse religionem, quæ in rectitudine
vitæ cōsistit: cū in hoc christiana religio cunctas
excellat, necesse est confiteri eam esse verissimam: per
eamq; deū nō minus exterius q; interius rectissime co-
li. Quia cultus exterior christianæ religionis aut ef-
ficit aut significat interiorem. Qz si interior ver⁹ est,
manifestū fit exteriorē efficere, vel significare verita-
tē. Cū ergo alter alteri respondeat, verus est cult⁹ ex-

Liber Secundus.

terior. De quo inferi⁹ copiose magis tractabim⁹. Co-
lēt⁹ itaq; nobis deū pmo pp̄ter meritā ei⁹ honoris
exhibitionē, deinde pp̄ter beatitudinē impetrādā, seq-
tur q; a christianis vere deus honoreſ, & ab ijs beati
tudo expectat, q; q; ad eā tādē oīno queāt puenire. Ideo
qui christiane viuēdo vſq; in finē pſeuerauerint, bea-
titudinē sibi tuto polliceri possunt. Cū diuinā insup-
prouidentiā in reb⁹ humanis aperte superius mon-
strauerimus: cuius est per debita media res ad fines
suos dirigere: nullumq; mediū christiana vita per-
fectius possit inueniri ad beatitudinem obtinendā:
dubitare nullo pacto debet quisquis christiane vixe-
rit (cum christianæ religionis cultus verissimus sit)
quín a deo per illam ad beatitudinem perducatur.
¶ Pr̄terea si deū negare esse iustū fas nō est, christia-
næ religiōis hoīes, q; dei mandata seruauerint, perire
nō possunt. Deus em̄ oīm causa oīa ad fines suos mo-
uens, aut aliquos mortaliū aut nulos ad beatitudi-
nē perducet. Profecto nulos dicere nō licet: frusta-
nāq; esset homo, & hinc plura sequerētur absurdā, vt
ex p̄cedētib⁹ manifestū est. Si aliquos: iure chri-
stiani, quos hoīm esse optimos nouimus, non sunt
posthabēdi. ¶ Nā si christiani pietate & religione cæ-
teris sanctiores optato beatitudinis fine destituanſ,
profecto nulli hoīm ad eū puenirēt: q; a si id qđ magis
esse videſ, nō est, neq; qđ min⁹: christiani autē magis
vident fore beatitudinis cōpotes q; reliqui hoīm: q; a, vt
ex predictis patet, sunt ad eam capessendam propin-
quiores. Religio ergo fidesq; christiana omnibus est
alijs pr̄ponenda. Q; si christiani in huiusmodi re-
ligione ſpe ſua fraudētur, dicere oportet nullam esse

D ij

Triumphus Crucis.

talem beatitudinem, sed fabulosum ac cōmentitium quoddā: quandoquidē in natura videmus om̄e agens si min⁹ impediatur, in materiā bene dispositā formā semp̄ introducere. At bone vitę finis & vltima ei⁹ forma est ipsa beatitudo, ad quā nulla vita meli⁹ q̄ christiana disponitur. Si ergo huic habiliori expetita nō datur beatitudo, profecto nulla hominis erit: q̄a (vt iā pbatū est) alia hominis beatitudo vere esse nō potest: Atq; ita nullus omnino huius vitę vltimus dabitur finis. Cum ergo finis sit regula omniū, quę ad ipsum ordinātur, sequeret̄ hoīem esse aīal omni prorsus ordine carēs omniūq; miserrimum, qui casu visueret omni puidētia destitutus. Quod putare maxime absurdū est. Vita ergo christiana (id quod nobis erat pbare ppositū) per veram religionem ad beatitudinem certissime tendit.

¶ Vel ex eo fidem christianam esse veram q̄ optimę vitę sit causa.

Cap. VII.

Q Vando ergo ostendimus veram esse christianam religionem ex rationibus in bona Christianord̄ vita perfecta q̄ positis: Nunc accedemus ad huius vitę causas, idem confirmaturi. Principalis autem vitę huiusmodi causa est Iesu Christi fides crucifixi a charitate formata, id est quę per dilectionem operatur, Dicente sacra doctrina. Iustitia dei est per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credūt in eum. Et sine fide impossibile est placere deo. Dicimus autem fidem Christi formatam eam, qua credimus ipsum Christum crucifixum esse verum deum & verum hominem, filiū dei unum in natura cum patre & spiritu sancto, in per-

Liber Secundus.

sonisq; distinctum: Quem super omnia diligimus. Fides ergo cum amore in Christum est commemo ratæ vitæ causa. ¶ Q; autem ita sit, quotidiano doce mur expimento. Quod vero notissimum est, negari nequit. Manibus siquidē quodāmodo attrectamus ita se rem habere. Quia Christianum videmus & ex perimur tātū in rectitudine vite, quātū in fide Christi, & econuerso, pficere: cum hēc inter se mutuo cōuer tanf, cōtra quoq; in vtrōq; deficere pariter oportet. Ex defectu nāq; bene viuendi fidem formatā deperditum iri perspeximus, & econuerso. Si eiusmodi ergo perspicimus in humana vita effectum, quē post adūetum Christi ad hēc usq; tempora pdurasse homines tam suo q; alieno periculo didicere, idq; palam christiani omnes attestantur & prēdicant, iurein eo philosophari debem⁹ ex admiratione tantę rei causas inquirentes: Quemadmodum Philosophi inspecc̄tis rerum naturalium effectibus tum eorum causas ignorantes admirari p̄imū, dehinc ex admiratione philosophari cœperūt. Primo itaq; effectus sua causa perfectior esse nō potest, cum cuiuslibet effectus perfectio a causa dependeat. Si ergo rectitudo ac veritas vitæ christianæ, quæ cunctis præferenda est, pendet a fide Christi: impossibile est ipsam fidem non esse veram. Si autem est vera, sequitur Christū verum esse deum, quod Christiani affirmant, eiusq; veram esse religionem. Impossibile item est bonum a malo & verum a falso tanq; a causa per se dependere: malum enim prout malum, similiter & falsum prout falsum, nihil est. Si ergo fides Christi esset falsa & illius amor malus, certe rectitudo vitę Chri-

D iiij

Triumphus Crucis.

rianę tam bonę ab ea per se nō dependeret, uti vides
mus. ¶ Item si fides Christi esset falsa, nullus error
posset maior inueniri: Nā dicere hominē crucifixum
esse deū, si non sit verū, extremę dementię est. cū ergo
vita christiana pfectissima sit, vt pdixim⁹, quō tanta
vitę pfectio siue rectitudo poterit a maxio errore p-
uenire: cū oīs recta vitæ institutio deriuat a rectitu-
dine intellectus, & oīs error in affectu & opibus hu-
manis ab errore illius obliquitateq; pcedat. ¶ Quā-
to insup aliqua natura meli⁹ est disposita, tāto susce-
ptibilior est formę pfectioris: forma autē & pfectio
nostrī intellectus est veritas: eius autē dispositio ad
veritatē suscipiendā puritas est, cordisq; synceritas:
Ideoq; quanto fuerit homo rerum humanarum affe-
ctu purgatior, tanto magis ad capessendā veritatem
reiciendamq; quā facile discreuerit, falsitatē præpa-
ratur. Sed nullā dispositionē ac purificationem chri-
stianę parem inueniri posse pbauimus. Si ergo esset
mendax hæc fides, id sane christiani multo prōptius
atq; clarior q; alij conspicarentur. Cuius rei opposi-
tum cernimus. Quanto em̄ sanctiores iudicē efficiū-
tur, tanto eā constantius affirmant. Contra vero ex-
pfectu fidei, vitę perfectio pariter augetur. Ex quo fi-
des falsa esse non potest. ¶ Præterea sicut deus tanq;
primus motor & prima causa omnia mouet atq; p-
ducit in rebus naturalibus & corporeis: ita etiam in
spiritualibus sese habet. Ipse ergo est qui humanum
mouet intellectum ad veritatem. Nemo autē dubita-
re debet quin deus veritatis lumen pserit circa ne-
cessaria ad salutē ijs clarior impertiatur, qui p vitæ
sanctimoniam magis sunt dispositi: Quēadmodū sīn-

Liber Secundus.

ceri christiani: qui si in fide errarent, nullam præ alijs peccatoribus gratiæ p̄rogatiuam haberent, sed multis præstigijs & erroribus capti relinqrenſ. Quod a prouidentia & bonitate dei alienū est . ¶ Finis insup est ratio eoz, quæ ad ipsum finem ordinant. Ideo qui peccant in fine, in ijs quæ ad eū pducunt, eos peccare necesse est: Finis em̄ in rebus agendis est sicut principium in speculatiuis. cū ergo christiani nō errant in ijs quæ ad finē spectat. i. in rectitudine vitæ: imo ceteris longe antecellant: sequit̄ q̄ etiā in fine non errant. Sed eorū finē esse Christū oēs certissime cōfident̄. Nā & simillimi Christo fieri nitunt̄, & ad eius fruitionē totis viribus ire cōtendūt. Quēadmodū ergo ipsi verissime asserūt, Christū crucifixū esse deū, cōcludendū est. ¶ Præterea deus in oībus ordinate pcedit: ppter ea q̄ oīa faciēs sapiēter inferiora p̄ supiora gubernat. Hinc nobiliorib⁹ effectib⁹ nobiliores causas præposuit, cū semp oporteat causam suo effectu esse pfectio rē. Nullus aut̄ inter hoīes effectus nobilior inuenit q̄ vita christiana. Necesse est ergo talem effectum a nobilissima causa puenire. Cū aut̄ eū videamus totum a Christo emanare, cōfiteri necesse est Christū eē nobilissimā causam. ¶ Causæ insup scđe sunt instrumen ta primæ. Cū ergo vita christiana a Christo tāq̄ a causa p̄ficiscaſ, fatēdū est Christū hoīem crucifixū eē primæ causæ instrumētū ad pducēdū hūc eximiū christi anæ rectitudinis effectum. Qz si Christus deus non esset, quēadmodum seipsum prædicauit: nullus vtq̄ homo eo posset scelestior aut execratiōr iueniri. Atq̄ ita deus ad effectum optimæ vitæ pducendum pessimo vteret instrumēto: qd̄ esset vehemēter absurdū.

D iiiij

Triumphus Crucis.

¶ Item quanto effectus sue fit cause similior, tanto amplius perficitur: Quia eius perfectio est per equiparationem ad causam. Videmus autem quod quanto quis Christi vestigia magis imitatur & eius in vita similitudinem exprimit, tanto sit sanctior & diuinior. Hoc autem minime fieri posset, nisi ipse Christus verus deus eiusque fides verissima esset. ¶ Præterea ex effectibus cognoscimus causas: ut ex ipsis experimentis medicinas. Cum autem philosophi summo studio elaborauerint ut nobis bene viuendi regulas traderent, in paucis tamen eos videmus & logo vix tempore perficisse: Neque id etiam in maximo ipsisque apprime philosophantium numero sine fide Christi effecisse, quod in multorum congregatione fidelium, in omni hominum genere & utroque sexu tam in pueris quam in mulierculis celeriter & exacte christiana peperit disciplina: cum nulla sit philosophice institutionis ad christianam comparatio, siue de moribus siue de religione tractetur. Quid enim mirabilius est quam scelentissimus quisque (sicut innumeris tam præteritis quam quotidianis docemur exemplis) mox ut ad Christum crucifixum veraciter conuersus fuerit, nouum prorsus induit hominem, sitque ex supbo & inuidio humiliis ac benignus, ex auaro & raptore munificus & liberalis, ex incontinenti & luxurioso, continentis & castus: Ac demum, quasi per singulis vitijs mox antidota virtutum saluberrima imbibit, multiplici bonorum foenore posterita mala diluit atque compensat: quod eque nunquam villa phorum secta impetravit. Necessario itaque equitur Christum esse causam principalem seu instrumentalem ac certam morum & consumatae vite medicinam. ¶ Doctrinam christianam, cui fides initiata, est a deo. Ca. VIII.

Liber Secundus.

SAcre insup scripturæ lectio, auditus, & meditatio est christiane vite causa, nostræq; religionis substantia. Scripturæ siquidem veritas fidei est obiectum. Ideoq; post argumenta super Christi fidem exstructa, ponenda illa sunt, quæ ex vi sacræ scripture recepta sumuntur. **C**Primum scimus q; de futuris contingentibus non est determinata veritas, de quibus neq; ars neq; scientia esse potest. Vnde a præclarissimis & sapientissimis philosophis determinatum est futura contingentia a nobis cognosci non posse: sed hoc tantū ad proprietatem diuinam pertinet. Deus em̄, cū sit eterñ, oīa sua eternitate plectit, oīa q; sūt eius oculis nuda & apta. Hoīes vero nequaq; præscire futura contingentia possunt, nisi eis ab ipso deo reuelent. Cum itaq; sacra scripture, cīl vbiq; tū maxime in veteri testamēto futura cōtingētia, & ad liberū arbitrium spectantia, nō modo generaliter, sed particulariter etiā prænunciauerit: neq; solū vnius anni aut decem, sed centū vel mille, duorū quoq; ac triū & quatuor miliū annorū vaticinia pdiderit eorū, quæ non tīn hebreis cōtigerūt, & a Christo eiusq; ecclesia gesta sunt, sed que oībus fere gētib⁹ & regnis, Assyriorū.s. Chaldeorū, Persarū, Medorū, Græcorū, Romanorū, ac aliarū nationū vel pspera vel aduersa acciderunt: Et sicut multo tempore anteq; fierent prædicta sunt, ita ad vnguē postmodū euenerūt: Necesse est cōfiteri has scripturas a solo deo, nō ab hoīm solertia & ingeniō pdiisse. Quæ vero adhuc iplēda expectant, ex argumento pteritorū, in quib⁹ inuiolata veritas emicuit, p certis habenda sunt. Atq; inde colligere facile possumus deum optimū non paruā hoīb⁹ curā acrebus

D v

Triumphus Crucis.

humanis prouidentia adhibere. ¶ Præterea cū deus (vt diximus) sit solus futuroꝝ contingentiuꝝ preſcius nō pōt alicuiꝝ hoīs sagacit as & industria magnoruꝝ virorū ac regū gesta & bella, varioſqꝫ hoīm casus ita disponere & ſeriatim ordinare, vt ſint signa futuroꝝ qm̄ hominiſ arbitrio & volūtati non ſubijciunt: ſed præter illius ſpem alios & alios plerunqꝫ ſortiuntur euētus. Solus ergo deus ſtatueret pōt, vt aliqua ab ho minibus fiant, quæ futurorū tēporū gesta prorsus ſi gnificēt. Videlicet aut in ſacra pagina q̄ qcūqꝫ in no uo teſtamento haſtenus tractata vel tractanda ſunt in pŕiſco ſeu veteri teſtamēto effigiatim pſignata ſint & expreſſa. ¶ Nec pōt rationabiliter dici has iſterpre tatiōes a chriſtianis exortas, & ad libitū coaptatas. Quia in tanta rerū & temporū varietate, multipli ciꝫ verborū poſitione, atqꝫ auſtorū diuerſitate non poſſet ea veteris teſtamēti ad nouū vniormitas inueniri, niſi aliqſ intellect⁹ ſingulis tpi⁹ ſimilia cōpe giffet. Nō em̄ hoc caſu factū dici pōt: Cū nihil in hiſ diſſonū, nihil ipertinēs, nihil diſtractū inueniaſ: ſed oia pari tenore a ſupremo ad minimū penit⁹ cōcor dēt: qdꝫ obſcure in aliquo loco factū eſt, aperte i alio declareſ, ita vt vniuersa ſacra ſcriptura ſeipſam ape xire plane videaſ. Hoc ſi illius ignariſ minus inno teſcat, ſecuſ ſi pſiſ ſacré ſcripturæ ſedulis & pijs pſcrutatoribꝫ euenit, qui de ſinceriſſimo fonte veritatis irriгationē mellifluā hauerūt. Pie igiſ, humiliter, ca ſte, & mūde eā adeāt, qui veritatē noſſe cupiunt: & ſic nobiſcum pculdubio ſentient. ¶ Quāobrem huic ſoli ſcripturæ allegorica competit expositio: quia ea ſola a deo & a ſupcelesti lumine emanauit. Allegoriam aut

Liber Secundus.

dicimus nō fabulosam interpretationē more poetarū
(nā & nos parabolas exponimus, nec inde allegoriā
sumimus) sed sensum parabolicum & litteralem vo-
camus, cū in fabula & in parabola nō sit intentionis
nostrę ea significare, quæ voces ipse per se sonant, sed
ea dūtaxat, quę p̄ cōcepta sub ipsis vocib⁹ intelliguntur.
Allegoricū autē sensum eū appellamus, qui hæc
tria habet. vt. s. primo iuxta vocū significationē hi-
storia mera tā dictorū q̄ gestorū & narratōr̄ absq̄
figmēto demonstrēt: Scđo q̄ p̄ ea quæ gesta sunt fu-
turū aliqd aliud significet: Tertio q̄ eadem gesta fue-
rint ad insinuandū optime coagmentata. Ex quibus
patet q̄ talē cōtinentiā & seriē nulla contexere potest
disciplina: sed solus deus cuius infinita prouidentia
circa futura non fallitur. ¶ Itē modus locutionis &
progressionis sacrę scripture est adeo singularis, vt a
nemine ex nostris q̄uis exc̄elentissimo & in omni sci-
entiarum generē peritissimo potuerit obseruari: soli
ēm, qbus spiritus sancto dictante ita cōcessum est, eū-
dem modū expresserunt. Nā licet diuersa tēporū in-
terualla inter ipsos scriptores effluxerūt, & alius alio
elegantior extiterit, cōsuetū tamen dicendi genus dis-
uini sermonis nequaq̄ variatū est: quod non esse hu-
manū sed diuinū, manifestū indicium est. ¶ Hoc aut̄
maxime pbat effect⁹. Virtus em̄ causę ex effectu col-
ligitur. Nullus aut̄ inuenitur in terris nobilior effec-
tus q̄ vita christiana: quę non potest (vt superius &
alias in libro de simplicitate christianę vitę ostendis
m⁹) ab aliqua naturali causa, sed tm̄ a dei gratuito
munere puenire. Cū ergo talis doctrinia sit potissimū
hui⁹ vitę instrumētū, in quo tota substātia christianæ

Triumphus Crucis.

religionis cōsistit, manifestū est eam eiusq; loquendi modum ab ipsis homībus esse nō posse. Experientia siquidē didicimus doctrinam homīm ad bene beatęq; vivendū generi humano parū p̄fuisse. Nā ante huius in mūdū Luminis effusionē in p̄funda noctis caligine mortale genus homīm versabat. At postq; incalescētibus apostolicæ doctrinæ radijs, & coruscantib; eorum pr̄dictatiōis tonitruis oīs per id lumen nubes fūgata est, homīm mentes miro serenitatis fulgore illustratę sunt. ¶ Sed ne quis p̄terita neget, ad exempla domestica conuertamur. Nos enim ex hac doctrina eiusq; mō magis q̄ ex vlla alia illuminari, delectari, ac demū flecti experti sum⁹. Quapropter ex quo nr̄ sp̄is Pr̄dicatorēs ea relicta ad philosophicas proportiones ac Rhetorū artes cōuersi sunt: oīno parū aut nihil in auditorū frequētia & in populis profecērunt: Cum antea simplici ad populū sermone vten-tes solius sacrę scripture instructione & familiaritate contenti mirifice illustrādo populos inflāmarent. Qui adeo inuicem delectabantur, vt hymnis & cāticis tam in aduersis q̄ in p̄spēris iubilarēt. Hinc ad bene beatęq; viuēdum populi vehementer excitabantur. ¶ Testis est deus q̄. s̄pē p̄dicanti mihi ad populum, dum ego per argutā philosophosq; doctrinā perq; humānę sapientię verba euagarer, vt sciolis huius seculi, ac iſlatiſ ingenijſ sacri eloquij p̄funditatē ostenderem, p̄spexisse cōtigerit ex quadā auditorū impatiētia ac lenta aduersiōe, nō tñ rudiū, sed etiā p̄itorū au- res minus attentas. Quoties autē ad sacrę paginę maiestatē cōuerterer, siue in interptandis varijs sen-ſibus, siue i ei⁹ historijs enarrādis, mirā singulorū at-

Liber Secundus.

tētionē, oīm q̄s ī me defixa ora marmoreis statuis similia ituebar. ¶ Sz em̄ expertus sum, postea q̄ om̄sis quēstionib⁹ cōp̄i sacrā scripturā exponere, hoīes ea summope delectatos illustratosq; atq; agnita veritate efficacib⁹ aculeis diuini sermonis cōpunctos vitā in melius reformasse. Itaq; cū iā nulla alia lectio ne vel auditione delectari queāt, a terrenis cupiditatibus abdicati, seseq; in dies ad meliora p̄uocātes diuini ppe efficiūt. Idē cōtigit priscis t̄pib⁹, cū christiana religio vberrime pullularet: qđ & nos modo re ipsa cōprobam⁹. ¶ Hec est em̄ illa doctrina penetrabilior oī gladio anticipi, q̄ totū orbē x̄tutib⁹ adorna uit, cultusq; dēmonū & pphana idolog; oracula subuertit, ac infinitis pulsis errorib⁹ mirabilia ppetravit. Cui⁹ rei mētionē inferi⁹ faciem⁹. ¶ Noster isup intellectus quāto ē purgatior, tāto x̄itatis magis est capax. Hinc excellentissima quęq; & purgatissima virorū ingenia nō mō scriptis hāc doctrinā extulerūt: sed p̄dicatiōe vita ac moribus cōtestati pro ea defenda vitā intrepide exposuerūt. Qđ pfecto minime fecissent, nisi eius veritatē ip̄is pene oculis conspexissent, & quodāmodo manibus contrectassent. ¶ Item verū vero cōsonat, & falſo oīa dissidēt. Sz alię disciplinę huic nře nō aduersant, immo deseruiunt. Ex quo peritissimi viri & i sciētijs qbuscūq; exercitatissimi nullā p̄hię partē ei repugnare, sed aptissime cōuenire cōstatissime oñderūt. Idecq; ip̄is christianis vni- cuiq; disciplinę studere cōcedit: qđ minime permitte retur, si catholice fidei detrimēto essent. Quędā solūmodo sup̄sticiose, vt diuinatorię, nō minusq; pniciose q̄ inutiles artes p̄cidunt: q̄ etiā a p̄cipuis philoso-

Triumphus Crucis.

phis explosę, nec iter artes nec iter scias cōnumeratæ penit⁹ irridens atq; dānanſ. Qd si qua iter dū in phia nobis p̄traria vident: ita apte a n̄ris soluunt, vt liquido cōstet philosophiā omnem tanq; p̄adissequā sacrę doctrinę famulari. Veritatis enim signum est facilis solutio obiectorum. ¶ Veritatis insuper natura est, vt quāto magis impugnatur (si defensorem habeat) magis elucescat: quia cū intellectus obiectum sit veritas, ad eam naturaliter tanq; ad propriam perfectiō nem inclinat. Quanto ergo veritas magis elucescit, tanto maiori eam delectatione complectitur. Tūc autem veritas maxime aperit, cum acerrime impugnatur: quia in cōflictu ipsa per se emergit. Cum ergo doctrina christiana a summis tam philosophis q; tyrānis validissime oppugnata semp̄ iſupabilis fuit: quod infinita christianoꝝ volumina cōprobant: consequens est vt ab ipso deo tanq; oīno vera prodierit. Alioquin inter tot cōflictus aliquando succubens haud tam diu perdurasset inuita.

¶ Ab oratione & contemplatione Christianorum fidem esse veram.

Cap. IX.

Quemadmodum fides ac diuinī eloquij lectio, auditus & meditatio est vita christiana principium: ita inter ea quæ præcipue vitam hanc alunt, augent atq; perficiunt, potissima est oratio. Ex vsu namq; longissimi temporis in religione nostra cōpertū est oēs sine itermissione orātes in supmū sanctimonię gradū euasiss̄, oēs quoq; pficiētes sepissime orare: atq; in hmōi oīone cōtē platiōeq; diuina summam in deo consequi voluntatem, ob quā

Liber Secundus.

cuncta, quæ ab hoīe appeti possunt, tanq; vilia ïnania
q; contēnunt. Nec id praris tantū sapiētib; viris, sed
simplicibus quoq; ac rudibus tam maribus q; fœmi
nis cōmune est, ac oib; demū qui christiane viuere dī
dicerūt. Ab hoc itaq; effectu pbare possumus fidei no
stræ veritatē. ¶ Primo qdē cum deus sit act⁹ pur⁹, &
prima veritas, atq; lux infinita: quanto q; deo ppius
accedit, tāto amplius particeps fit diuinæ puritatis,
veritatis ac lucis. Homo aut̄ deo non appropinquat
gressu corporis, verū puritate vite, mētis eleuatione
& contēplatione veritatis. Cū ergo nulla cādidiōr ac
sincerior vita q; christiana eē possit, cūq; tūc demum
mēs hoīs purgatissima efficiat, vbi p diuinā contem
plationē in sublime rapit: sequtur q; in ipso oronis &
cōtēplationis actu hō fiat maxime cōpos diuinę vita
tis ac lucis. Cū aut̄ inualescēte crebrescēteq; orone vi
deam⁹ christianos hoīes mag⁹ atq; mag⁹ fide & amo
re Christi succēlos pfirmari atq; i virtute pficere, fa
teri oportet christianę religionis fidē diuinā eē veri
tatē ac lucē. ¶ Itē cū intellect⁹ ex sui natura vitatē tāq;
suā pfectiōne desideret, falsum vero tāq; malū evitet:
nulla boni viri dispositio ppiuor fit ad vitatē susci
piendā, & ad ei⁹ cōtrariū fugiēdū, q; in ipso oronis &
cōtēplationis actu. Sed tūc p̄cipue hāc, vt dixim⁹ fidē
ardēter amplectit̄. Ex quo sequit̄ illā nequaq; esse falla
cē. ¶ Oēs insup christiani p Christū crucifixū ipm in
fine orationis deum obtestātes in sup̄ma clausula ple
rūq; addūt p dominū nostrum Iesum Christū, vel p
Christum dominū nostrum: & tamē ab ipso deo ma
xima queq; & incredibilia impetrāt. Qđ siq; nō cre
diderit, saltē cōcedat oportet ab illis id teste experiē

Triumphus Crucis.

tia impetrari, qđ principaliter int̄edūt, vītē s. rectitu
dinē & bonitatē verūq; animi gaudiū: Ita vt pias la-
chrymarū emanationes qbuscūq; seculi delicijs ac vo-
luptatibus anteponāt. Certe si Iesus Christ⁹ nō esset
is, quē fides astruit deū, non possent in tāta serenitate
& appropinquatiōe lucis q̄si tenebris obrui, neq; eos
pmitteret deus tā pperā decipi: aut saltē in sua obsti-
natos h̄eresi minime exaudiret. ¶ Rursus oīs causa
materiā aliquā ad formā suscipiēdā disponēs post vl-
timam dispositionem eā statim introducit: Nec ma-
teriā ipsam disponeret, nisi vellet introducere formā:
Nec aliquis motor agit suū mobile, finē int̄endens ir-
ritum. At vir iustus nisi ab ipso deo q̄ est prima oīm
causa allectus primū tractusq; fuerit, ad deum oran-
do attolli nō pōt. Cū ergo pbate vītē finis oratiōisq;
sit ipsa beatitudo: De⁹ hoīem ad bene viuendū & orā-
dum nō induceret, nisi eū beatū efficere vellet. Si ergo
Christianus in vita & orōne pficiēs amplius in fide
Christi & contēplatione stabiliſ, nō pōt eadē fides esse
nisi a deo: p̄ quā hoīes ad beatitudinē ducit. ¶ Oīs itē
causa exaudit, vt ita dixerī, suū effectū: postulatio.n.
effectus est, pprię pfectionis appetit⁹, quā exigit a cau-
sa, cū ad eā bene disponit. Tūc vero causa nisi impedia-
tur suā nō remorāt executionē p̄ dispositionē rei pfe-
ctionē infundēs: qđ ex illius bonitate & facilitate pue-
nit: quia bonū est suiipsius diffusiuū. Cū ergo de⁹ sit
summe bon⁹: pculdubio sup oēs alias causas suos ex-
audiet effectus, eos s.l.q ad gratias suscipiendas opti-
me disponunt: Sicut Christianos ſēpe antea diximus
pr̄sertim in orationis & contemplationis aſtu. Hi
vero nihil magis a c'eo implorant q̄ veritatis agn-

Liber Secundus.

tionē iuxta illud Dauidicū . Illumina oculos meos
ne vnq̄ obdormiā in morte. Itaq̄ voto suo a deo nō
fraudant̄. Hi autē q̄to magis orāt̄, tāto magis in p̄
posito fidei solidant̄. Ratio ergo n̄ra validior p̄cedit.
Preterea si Christus nō esset deus, credere & con-
sideri ipsum esse deū , summū esset blasphemiq̄ ac de-
testationis genus. Si autē Christiani per Christum
obsecrant deum patrē: quē cū ipso & Sp̄itu sancto
credunt vniuersus esse naturæ : quomodo deus tātum
errorem ex ignorantia & simplicitate conceptū inde-
cēter sustineat , & solita bonitate sua supplicatiib⁹
& illū toto ordī affectu querētib⁹ non succurrat⁹
Aut si eorum pertinacia in culpa est, cur impiū lēsæ
maiestatis diuinę crimen impunitum relinquat⁹ vel
saltē cur, vt videm⁹, huic errori & impietati fauet ⁹
dū plurima & amplissima dona impiet̄ illos procul
dubio clemēter exaudit . **I**tem anima nostra, vt di-
ctū est, veritate in primis gaudēs mēdacio perturba-
tur atq̄ cōfundit̄, nec in eo potest ullo mō quiescere.
Si ergo posita fide Christi vt falsa, absurdior ac pesti-
lētior nulla abusio iueneri pōt: quō innumerī hoīes
plēsū iusti ac sapiētes in ipsa Christi crucifixi cō-
stēplatione usquead eo ppter hoc nō solū oīa huma-
na despiciāt, sed inediā, labores, estūs, iproperia, mi-
nas, x̄bera, carceres: ac demū sevissima queq̄s formē
ta mortēq̄, nō solū libētissime pferāt, sed etiā si defint̄
ardenter exoptent⁹ Certe digitus dei est hic.

CA cultu xp̄ianoḡ exteriori fidē esse verā. Cap.X.
Ex causis itaq̄ principalibus vitæ christianḡ,
videlicet ex fide & sacrarum literarū exercita-
tione ac oratione, qbus ipa cōcipit, nutritur,

B

Triumphus Crucis.

augeat atq; pfect, religionē nostrā verā esse ac omni
carere falsitate, ostendimus. Quæ quidē causæ sunt
internæ. Nūc autē externas causas tāq; præcedētium
adminicula pcurrentur: Sacramenta videlicet ac ce-
rimonias ipsos sacramētos gratia institutas: que
oīa ad exteriorem christianę religionis ptenēt cultū.
Et ne singulis īmoremūr cūcta simul, velut corpus
vnū pluribus cōstans mēbris, cōpletemur. Nā cū
oīes ceremonię ad sacramēta, ipsaq; sacramēta ad vnū
principale videlicet ad Eucharistiā referant, res vna
merito dici pot. ¶ Ab hoc itaq; cultu rite obseruato
videm⁹ magnū deuotionis & sanctitatis incremētū
christianis puenire. Nā ab exordio nr̄e religionis ad
hēc usq; tpa ex archiuis, attestationib⁹ & exēplis tā
priscoꝝ q̄ recētū patrū, & quotidiana expiētia noui
m⁹ q̄ hūc cultū pie ac fideliter exercētes, & q̄ quotis
die sacramēta, diuinaq; mysteria, aut tractat aut su-
mūt: quā prius nō habuerāt, pfectionē acqrūt, & in
dies admirabili fūt sanctitate diuiniores. Qui vero
sine fide ac religione his familiariter assūscunt, effi-
ciunt ceteris hoīb⁹ negores. Qđ, vt prisca omittam⁹
exēpla, p̄cipue in sacerdotibus & clericis nr̄i tpis plaz-
ne cōspicimus: Quib⁹ si boni fuerint, nemo melior:
sin vero mali, nemo peior intenit. Illi em̄ ab omni
temporaliū rerū affectu purgati soli deo inhērēt: p cu-
ius amore ac veritate mortē subire nō dubitat. Hi
vero supbia, inuidia, auaritia, ac flagitijs oīb⁹ obru-
ti eo impie viuēdo excedūt, vt qđ est oīm pessimū, tā
q̄ omnino perdit nequeant emendari, cū præsertim
admonitione, reprehēsione, adhortatione, & bonis exē-
plis, quibus ceteri resipiscūt, magis atq; magis exa-

Liber Secundus.

cerbent. Hec cu^z ita se habeat, vt quasi oculis p^{re}sentiā negari nullo pacto possint, querēdū est quanā virtute duo inuicē cōtrarij effect⁹ ab hmōi sacri amētis cērmoniisq^s emergat. Duos em̄ cōtrarios effectus ab una eadēq^s causa puenire ppter cōtrarias materiæ dispositiōes p^{hi}a^e nō repugnat. Terra em̄ solaribus radijs indurat, & glacies solutif in liquore. Arbor vero fixis humi radicib⁹ virtute celi flores poma p^{ro}ducit: eadē rursus euulsa pari influxu penit⁹ exarescit. Profecto cū hi duo effect⁹ ita sint oppositi, vt alter eoz sit optim⁹ i ijs q^{ue} recte (vt digim⁹) sacra mysteria venerant, alter vero i ijs qui sacrī abutunt, pessimus sit: nō possunt ab inani & falsa causa puenire. Cūq^s in alio hoīm gñe id minus appareat, aliā eos rū cām dare nō possumus, nisi diuersum cōtrariūq^s in illis dei colēdi habitū. Si em̄ christiana religionis cultus exterior ab ipso deo nō penderet, virtutēq^s ac veritatem diuinam in se eo modo nō cōtineret, quo i strumenta virtutem obtinent principalis agentis: ne quaq^s excellentissimum christianę sanctitatis effectuz producere, fouere & cōsummare posset. Hoc siquidē per se non efficit. Quia cū vita christiana sit penitus sp̄iritualis & in pte itellectua cōsistat, nō pōt a corporeis i strumētis p^{ro} se puenire. Quid em̄ ad excollen dū animū baptisma, oleive ac balsami delibutio, thuris fumigatio, buccellę & calicis oblatio, & altaria cæteraq^s hmōi extriseca cōferrēt, nisi superioris alicuius causē essent i strumenta? Nam si hēc humano commento vel diabolica fraude ad superst̄itiosum ritu^z introducta essent, nunq^a taz prauris & vanis illusio nibus tam sancta vita pueniret. At quispias forte
E ij

Triumphus Crucis.

obicitat, eiusmodi cultum nō esse pfectio[n]is causam
sed potius virtutum exercitationem, & hominū cre-
dulitatem, quia illū diuinū esse credunt. Hi em̄ cū vi-
tia fugare conentur bonis operib⁹ affidue incumbē-
tes, eiusmodi imaginatione ac exercitatione in dies
magis magis p[ro]ficiunt. Nos aut contra querimus:
quare alij p[ro]bitatis & discipline moralis studiosi, qui
aut h[ab]et sacramēta non colūt, aut ab eis p[er] interualla
tpis abstinent, lōge ab illa itegritatis meta differunt.
Profecto si huiusmodi cultus inutilis ac falsus ēt,
quanto quis longius ab eius celebratione recederet a
seipso illū abiiciens, tanto in virtutum exercitatione
moralium magis p[ro]ficeret. Sacerdotes quoq[ue] ex eius
irrissione atq[ue] cōtemptu non deteriores sed meliores
efficerētur. Cuius rei cōtrariū quotidie experimur.
¶ Præterea cū deus sit summa veritas, quanto quis
eius luce magis p[ro]funditur, tanto fit deo p[ro]pinquier:
Quāto autē mendacijs & erroribus magis implicat,
tanto fit ab illo remotior. Scimus autē eos qui h[ab]et
mysteria pie & religiose frequentāt, diuino cultu ve-
hemēter adeo delectari, vt s[ecundu]m extra se positi perstet
attonis membris imobiles. H[oc] etiā imutata faci-
es radijs sanctitatis elucens ipsos cunctis amabiles
ac venerabiles reddit. Quod etsi priscis epibus mul-
to cerebrius q[uod] nostris (sic ut legimus) videbaſ, tamen
hodie quoq[ue] plerosq[ue] scim⁹ & nouimus tali munere
præditos: nec tantū simplices sed etiam sapiētes. Vn-
de igitur h[ab]et extasis? Vnde sedula & iucunda medi-
atio? Vnde feruor ille igniti spiritus, & calida suspi-
ria, dulcesq[ue] lachrymę cadētes, atq[ue] in hymnis & cā-
sticis suave sonantis ecclesiæ ineffabilis iubilatio?

Liber Secundus.

Profecto nisi hic cultus a deo esset ac subinde verus, nusq; plura deliria ac mendacia reperirentur: Quippe qui totus figuraruz plenus est ac significatiuus. Quicquid ergo in mysterijs, sacramētis, tēplis, aris, insulis, vestibus, omni ceremoniarum apparatu & psalmorum modulatione ac reliquo ritu cōtinetur, ad vanitatem & cassum laborē p̄tineret. Quę tamen omnia Christi colendi gratia instituta sunt. Si ergo hic cultus tot fulciretur mēdacijs, vir pr̄sertim sapiens & p̄spicacis ingenij ex meditatione horum sacramentorū tam mirabiliter ad rerū diuinarū cōtē plationē nō tolleref, neq; tot ac tantis cælestibus de hicijs repleretur. Ex mēdacijs enī (vt p̄diximus) incertior fit & obtusior intellect⁹, & per ea semper amplius a deo recedit. Ergo ex cōtrario effectu dicimus hūc cultū esse verū, & diuinis charismatibus plenū. ¶ Ordo etiā & significatio eorum quæ in ecclesia geruntur, non humanum inueniū, sed diuinā dispositionē esse ostēdunt. Nihil em in hoc cultu irrationale, nihil inane est: sed singula ordinē suū ac p̄prium obtinet mysteriū. De quib⁹ modo non est singillatim dicendum. Q̄q; in tertio libro nonnulla pro necessitate loci breuissime subtexemus. Si quis autem hæc diligentius scire voluerit, Doctorū explanationes re uoluat: & singula penitando, finem perscrutandi nō inueniet: dum in his nō minorē ordinē & harmoniam q; in vniuerso nature opere admirabitur, eiusq; cor latissime diffundetur. Qui nisi puerę & obstinatę sit mētis ac penitus occēcatę, sateri cogetur hæc omnia esse ab ipso deo, non ab hominibus ordinata. ¶ Ab itrisecis xpianę vite effectib⁹ fidē ēē verā. Ca. XI.

E iij

Triumphus Crucis.

Veram igit̄ esse Christi fidē, rationib⁹ excauſis Christianæ vītē deduc̄tis tā internis q̄ extērnis p̄ nostri ingenij mediocritate p̄bauim⁹: Nūc iam tempus est, vt ad rationes extructas super effectus eiusdem vītē transeamus. Vnus autē ex potissimis eius effectibus continuo subsequēs est, pax mentis & gaudium animiq̄ libertas. Nam præter ea q̄ nostrorum patrū legunt̄ & audiuntur exēpla, nostra etiam tempestate cernitur veros christiani nullis quassationum aut perturbationū procellis moueri: sed magis in cōfessione & fide Christi stabiles permanere, & in tribulationibus gloriari. Quē rendū est igit̄ vnde hi effectus pueniant, vt quāto q̄s Christo recte viuēdo magis inhēserit, tanto maiorez libertatem serenitatemq̄ animi consequatur. ¶ Christiani porro ipsi huius rei causam hanc adducunt. Aliunt enim: qm̄ ipsa hōis beatitudine in sola diuinoz cognitione & contemplatione consistit, manifestū est infra deum in nullo tanq̄ fine ultimo humanū posse desiderium terminari. Qz itaq̄ christiani quietem animi pacemq̄ possideant, non aliunde puenire pōt, nisi quia illum ultimum finē, qui verus est, sibi statuerunt. Vnde si christianos oēs de sup̄mo fine interroges: Deū esse pculdubio respondebunt. Quia ergo mundana omnia in dei comparationem pro nihilō habent, sperantes post migrationem ab hac vita dēū assequi & eo frui: quicquid est in mundo contēnunt & nihil faciunt. Hinc amissis ablatisq̄ temporalibus bonis minime contristantur: quando etiam posthazita vita mortem appetunt, vt deum vnicum sus̄p̄mūq̄ bonū suū adipiscant̄. Et quia per essentiā, pre-

Liber Secundus.

sentiā & potentiā vbiq̄ deus est, in eis est etiā p̄ amo-
rē & cōtēplationē, sicut amatū est in amāte. Cū autē
amatū p̄sens est, animus delectatur & gaudet: Ideo
Christiani recte viuētes ex dei presentia, quā interne
percipiunt maximo gaudio afficiūtur. Et quoniam
deus est infinita potestas: vbi sentiūt deum sibi pro-
pitiū, nihil prorsus timētes cetera omnia vihpēdūt.
Ideo magna libertate fidutiaq̄ muniti, nec blanditijs
possunt, nec terrorib⁹ a proposito dimoueri. Sed cū
homo hanc animi serenitatē libertatēq̄ naturali vir-
tute tm̄ propter rerū sensibiliū impedimēta ac debi-
litatē intellectus asscqui nequeat: necesse est (inquiūt)
confiteri hanc animi tranquillitatem & pacē aliquo
supcelesti dono nobis esse cōcessam: cui⁹ vigore deus
& promissa beatitudo assidue coram nobis assistit.
CQz autē ipsis fidelibus ea sit pacis, gaudiij, liber-
tatisq̄ causa, vel ex eo plane constat, q̄ cū anima no-
stra sit vna, & omnes eius potentiae in eius essentia
fundatę, quotiēs per alicuius potētię operationem
prorsus occupatur in aliquo, alterius potentię obse-
quio vti nō potest. Ut si quis cōtēplationi valde intē-
dat, aliarū potentiarū officia remittat oportet: item
quis dolore magno afficiatur, nō poterit contēpla-
tioni vacare. Si ergo Christiani vana credulitate &
fide hac deciperent, nulla eos superioris causę virtus,
in cōfirmatione tanti erroris adiuuaret: Atq̄ ita in
puris naturalibus rema nerēt: quinīmo ex hac veri
deprauatiōe naturalia aliquo mō infirmarent. Quo
mō ergo possent in maxi mis calamitatib⁹ & p̄ssuris
corporisq̄ doloribus pacem & gaudiū mentis liber-
tatięq̄ inuiolabiliter custodire? Presertim q̄a nō pau-

E iiiij

Triumphus Crucis.

ei sed innumeris hoc obseruatunt. Philosophi enim nonumq; vnum vel duos ad summum nobis obisciunt: Nos autem infinitos utriusq; sexus in toto terrarum orbe eis opponere possumus, qui hanc animi tranquillitatem & libertatem in tribulationibus ac doloribus maximis possederunt, Christum crucifixum tantummodo inuocantes & toto corde laudantes. ¶ Insuper tam maiorum experientia quam nostra probauimus ex incremento fidei & sanctimonie vita Christiane pacem & gaudium ac libertatem augeri. Quod certe euenire non posset, nisi fides, spes, eorumq; professio vera esset, certumq; inde bonum expectaretur. Quo enim magis proficit homo in rectitudine vita, eo amplius in cognitionem perducitur veri, ac boni professionem, contrarijs evitatis: ideoque si Christianus verum bonum non comperisset in perfectu huius vita, minime ei gaudium augeretur: sed eo magis decresceret, quanto plus cognosceret se esse deceptum. ¶ Hoc autem maxime confirmatur ex vita religiosorum. Nam (ut posterita omittamus, quae scriptis nostris comprehendendi non possent) quotidie cernimus inumeros tam masculos quam foeminas prefectoris vita studio ad arcta claustra se transferentes parentibus, cognatis, amicis, cunctisq; diuitiis & voluptatibus una cum propria libertate relictis, ignotis & alienigenis sociari, quibus ita omnino subiiciuntur, ut quo ad exteriora bona, i.e. facultates nihil eis concedat post illa, sine quibus vita humana trahigani non potest, pro superioris tamen arbitrio in die permutanda vel auferenda, ut pote singulis incerta cunctisq; communia. Quo autem ad bona corporis, incorruptam castitatem mentis corporisque custodiunt, vigiliis,

Liber Secundus.

ieiunijs, & abstinentijs carnē macerātes, omnēq; sen
suū petulantiam restringentes. Quo insup ad bona
animi, quoq; prēcipua est libertas, omne a se sponte
volūtatis arbitriū abdicantes ad idē velle & nolle cū
supiore suo ppetura obligatione tenētur. Cūq; oīa bo
na amiserint, quibus mortales oblectari & gaudere
consueuerūt: ita iucūde & hilariter viuūt quicunq;
huic pfectiōni aspirant, vt in lautissimis delicijs eos
degere putēs: atq; indies magis pficiēdo tr angliores
& alacriores euadunt, in solius crucifixi hymnis ac
laudibus exultātes. Quos si interroges, cōfitebūtur
vnanimes omne ipsoq; oblectamētū & gaudium in
Christo Iesu, & in his quē ab eo pendēt, eē collocatū.
¶ In primis itaq; dicimus nō posse quēpiā rationib;
vllis arguere hoc ex stultitia prouenire. Quādōqdē
hoc ip̄m nō humiles ac simplices viri tñ, sed cōplus
res prudētia atq; doctrina excellētissimi factitarūt:
qui errorem hūc (si modo error is esset) facile discer
nerēt, cū ppter suam sapiētiā, tū ppter vita rectitudinē.
Quoniā cuž sapiētia & bonitate frāns & dolus
cōuenire & pseuerare nō possunt. Prēterea cū huius
modi viri ad pfectiōnis apicē semp studeāt puenire
nec maior vlla pfectio q; ea, ad quā illi contēdunt, ins
ueniri possit, vita. s. religiosa christiana, in qua sup̄
mus pfectiōnis gradus habetur: sequit̄, vt nulli ho
minū sint eis aptiores ad supernas illuminationes
suscipiēdas. Si ergo fides Christi vera non esset, iam
per tos tempora in tam magno varioq; conditionū
cōcursu saltē ab huiusmodi viris vanitas & fraus
hęc fuisse detecta. Nec possent tales ac tanti viri in
suprema animi seruitute libertatem trāquillitatēq;

E v

Triumphus Crucis.

seruare & singulis horis letari ac exultare. Cui⁹ rei contrariū plane constat. Hi nāq⁹ super omnes alios fidem tuum verbis tū experimentis etiam confirmarunt, scriptisq⁹ confirmant, & tāq⁹ liberi sub dei gratia constituti magno gaudio perfruuntur. Procul igit⁹ omnis est a fide Christi deceptio. ¶ Omnis insuper causa ex bonitate, qua seipsum diffundere desiderat, ad finēz, q̄is oad fieri potest, suū dirigit effectū, pr̄sertim quando effectus ad eam conuertitur. Cui quanto magis appropinquat, tāto magis in eo qui- escit & delectat: Sed deus est summe bon⁹ suęq⁹ bonitatis libentissimus ac largissimus imptitor: Ergo oēs, qui ad ipm cōuertūt, effectus diriget ad proprios ac meritos fines, vt in eis deniq⁹ conquiescant. Cū aut̄ nulla intensior ad deū fiat cōuersio q̄ eiusmodi probatorum religiosorū: ipsos quoq⁹ ad finē vitæ diriget optatū, in quo pacem fruitionēq⁹ cōsequant̄. Hi vero quotidie p̄ficiēdo in orthodoxa fide vehemētius cōfirmati, inq⁹ ipso Christo gaudentes penitus conquiescunt, vt ipsum lucifaciāt reliqua oīa vt vi- lissima posthabētes. Ergo patet eā omni falsitate care re. Aliognex directiōe illa diuina ab huiusmodi fal- so mētis gaudio magis magisq⁹ recedētes ad veram optatāq⁹ quietē nō p̄ducerētur. ¶ Omnis itē letitia in aliquo amore fundat̄. Amor em̄ est prim⁹ actus appetitus & volūtatis, a quo cæteri actus pueniūt. Cū ergo letitia mētisq⁹ iubilatio, quę ex facie hominū nō dissimulanter appareat, in nullo fluxo fragili vel naturali animę bono consistat, sed eam vno ore cōmuniq⁹ consensu ab amore Iesu Christi crucifixi dependere omnes affirment: hæc profecto letitia

Liber Secundus.

non potest in aliquo errore aut vano amore fundari: quia tanto amplius deficeret, quanto tales viri rectius ac sanctius viueret. Ut enim dictum est, si nulla esset Christi fides, apertius in dies parcerent se tanquam nihil amates penitus esse deceptos, atque inde tristiores efficerentur. At morum honestas, vultus hilarietas, & resplendens in fronte sanctitatis specimen, propter quod apud omnes potissimum venerantur, loge aliter esse ostendit: dum illos semper felici successu alascriores intueri licet ac iucundiores.

¶ Ab extrinsecis Christianæ vitae effectibus fidem esse veram.

Cap. XII.

Alius inde effectus ex Christianorum vita colligitur in exteriore hoīe maxime apparet, tam in moribus quam in ipsa indole, diuinum pariter redolens quiddam: propter quod multi eos reuererunt, & quodammodo colere impelluntur. Vnde superbos atque ferocios animos venerandus humilium aspectus compescens sepe deterruit. Quod de Attila Hunnorum rege immanissimo ac potentissimo legitur: quem nulla horum strage expletum hostiliisque acie imperterritum beati Leonis Pontificis oratio iuxta Ravennam ab Italia summouit. Atque is præter suum morem non sine magna suorum admiratione, non solum pontificem ipsum venerari, sed etiam impanti quodammodo obtulerare visus est. Sic & Totila Gotorum imperator sauvissimus innuineris generi humano cladibus illatis regionibusque vastatis, sancti Benedicti pauperculi monachi intuitum non sustinens mox in faciem procidit, vixque Dei seruo iubente ac subleuante fese erexit. Theodosium vero imperatorem, Mediolanum a

Triumphus Crucis.

ęde Thessalonicēsiū reuersum Ambrosij Ep̄i obiur
gantis authoritas ab ingressu templi coercuit, iniū-
cta q̄ p̄nitentia salubriter expiauit. Dies me aī des-
ficiat q̄ p̄clara compluriū exempla afferre valeam,
Sed qđ assidue ī promptu cernitur pbare non expe-
dit. Sēpe eīm̄ vidim⁹ arrogantes sceleratosq̄ homines
corā sanctis viris aīos & verba mutasse, itimaq̄ cor-
dis cōpūctione vitā ī melius reformasse. Diuinus
eīm̄ ille spūs tam mares q̄ fœminas, iuuenes quidem
mira venu state, senes aut̄ venerāda canitie foris exor-
nat, ac pro re ipsa modo amabiles, mō formidabiles
reddit. ¶ Huius ergo effectus cām esse dicimus pul-
chritudinē animi supnaturale. i. ḡam dei intellectū
& voluntatē aliasq̄ aīaz partes decorantē. Quod hinc
patet. Aīa siquidē n̄ra p̄ imaginationē vehementer al-
terans corpus faciem oculosq̄ cōmutat: vt ex cogita-
tione venerea corpus ad libidinē incalcescit, ex pensa-
tione aut̄ odijs ad vindictam animus accendit. Vnde
imaginatio, sicut experientia patet, multū alteratio-
nis inferre corpori solet. Ex alteratione aut̄ sensibilis
appetitus & cōmotione spirituū statim facies īmuta-
tur: ex timore siquidē pallescūt hoīes, ob iracundiam
vero ac verecūdiā rubore p̄fundunt: lātitiā quoq̄ ac
tristitiam facile vultus oñdit. Quia ergo intellectus
noster corporeis utrī instrumētis & organis, p̄cept⁹
eius p̄sertim si fuerit vehemētes redundare in cor-
pus cōsueuerūt, scipue in facie & oculis apparētes.
Superbos enim arrogāti inspectiōe, crudeles torua
oculorū acie, leues mobilitate oris & corporis, impu-
dicos lasciuo aspectu cognoscimus: Quādam etiam
maleficę anus contagioso obtutu inficere ac fascina-

Liber Secundus.

re infantes perhibent. Mētis deniq; habitus boni vel mali p̄sertim penit⁹ infixi, vix vila sagacitate dissimilari queūt, q: in foris īnotescāt. Cum itaq; om̄e agēs agat sibi simile, & omnis effectus sūrā exprimat causam, nō pōt christianoꝝ decor exterior & honesta ac reuerēda moꝝ species nisi a pulchritudine aīg & ab integritate vītē puenire. ¶ Quaꝝ quidē tātē v̄tutis ēē quotidie cernimus, vt ad peccatorū cōuersionē nihil inueniaꝝ salubrius & efficacius, sicut expiētia plane p̄stat. Expti em̄ sumus simpliciū christianoꝝ recteq; viuentiū exempla multo plus hoībus pfuisse, q; p̄ho rū aut eloquētiū hoīm voces, vel audita seu vīla miracula. Nā s̄aþe vīdim⁹ disertissimos ac doctissimos vītos sublimia prædicantes summa cū attētione libētissime audiri: eosq; tñ vita v̄bis non r̄ndēte parū eos vel nihil ecclesiæ pfuisse, sed suę tñ eloquētię laudem ac sapientiæ reportasse. Maiorū quoq; nostrisq; tē porib⁹ miracula plurima extiterūt, que parū nihil minus emēdationi vītē profuerunt. Nā maximā hoīnū frequētiā ad illa cōfluere vīdim⁹: sed cum diliq; gēti⁹ s̄epfuerim pscrutatus, nihil vel paulo meliores euasisse eos accepi. Ex pfecta aut̄ christianoꝝ vita innumerous scimus & vīdim⁹ cōpūctos ad deūq; cōuersos, nec simplices tñ, sed prudentes & eruditos. Quorū plurimi bonę famę ac lētitatis odore correpti mundi illecebris ac voluptatib⁹ spretis ad sanctę societatis contuberniū in monasteria conuolarunt: ibiq; prioris vītē multū p̄fēsi iucundissime ac syncretissime viuūt. ¶ Ex his itaq; manifestū ē christianis aliquā inesse virtutem, qua tam admirabiles producuntur effectus. Corpus namq; p̄ se non agit in spir-

Triumphus Crucis.

ritū. Cuius signū est q̄ aliquid corpora maxime formalia
vt celestia, nulla virtute corporea patiuntur. Nā cælum
ab igne sibi p̄p̄iquo nō patit. Multo min⁹ ergo sp̄s
p̄ se a corpe patiet. Cū ergo q̄ ex vita christiana videtur
exterius corporea sint, nō p̄nt hēc corporea p̄ se ī
alicui⁹ agere aīam, vt eā ad tale bonū cōmutent, nisi
per illā virt⁹ aliq̄ ad aīam traducaſ. Sed in catholico
probatoq; viro emītēs ac p̄cipua virtus, a qua recta
viuēdi institutio exteriorq; pulchritudo sanctaq; cō
uersatio puenit, est imaculata fides & amor Christi
crucifixi; Ipa. n. fide simul & amore crescentib⁹ exterior
etīa pulchritudo ac veneratio augeſ atq; ad pueren
dos hoīes maioris est efficacie: Non pōt ergo hēc si
des, quę p̄ dilectionē operaſ, esse deceptio, cuž virtute
falsitas careat, q̄ cor hoīis penetrare non pōt. ¶ Veri
tas insup̄ est falsitate potētior. Sed nullum vñq; me
diū ad bñ beateq; viuēdū efficacius est inuētū q̄ vita
christiana: sicut phor⁹ & alioq; hoīim collatione doce
mur, quoq; doctrina & exemplis perq; pauci conter
si sunt ad bene viuēdū: Ex christianoq; aut̄ vita inu
meri quotidie surgūt, & icōtaminatā vitā ducūt. Hu
ijs igitur vitę radix falsitas inanis & vacua esse non
potest. Alioquin ex doctrina potius ac moribus phi
losophorum q̄ christianorum exemplis homines ad
emendationem vitę reuocarentur. Qđ experimento
falsum esse deprehenditur. ¶ Præterea cum deus sit
primus motor, sine quo nil moueri potest, & ipse oīa
sapienter agat: nobilioribus causis nobiliores cōmen
dat effectus. Nobilissimus aut̄ effectus est christia
norum vita. Cum igitur p̄ter exhortationes & inspi
ratiōes iaternas maxime Deus hoīes ad hanc excitet

Liber Secundus.

vitā p̄ spicua fideliū exēpla, vt simile generet sibi filē
sicut sol & hō generat hoīem: necesse est dicere q̄ p̄fē
Etus christian⁹ sit cā nobilissima & optimū iſtrumē
tū ad hmōi effectū pducēdū. Nō ergo virtus illi⁹ in
ſtrumēti deo cooperans, est aliqua falſitas: ſed ſum-
ma veritas. Hęc aut̄ virtus est fides flagranti charis-
tate succensa, vt dictū eſt. Fides igitur vera eſt.

¶ Ab admirandis Christi operibus, & primum
a potentia. Fidem eſſe veram. Cap. XIII.

Probauiimus iam fauente deo ex manifestis ef-
fectib⁹ & in orthodoxa ecclesia quotidie appa-
rentibus christiane fidei veritatē. Quis autē
plura alia poſſent argumēta ad eius confirmationē
super induci, vt tamē per ſtricta breuitate placeam⁹,
aggredeimur rationes ex eis effectibus elicitaſ, qui
præteritis temporibus apparuerunt: quos eſſe ve-
ros vniuersus orbis affeuerat. Quēadmodum igi⁹
philosophi ex ijs quae in rebus naturalibus conſpe-
xere, cauſas rerum inuestigariunt: nos quoq; deſcri-
ptum ſuperius Christi triumphum e regione pro-
ponemus, & ipsorum effectuū cauſas, q̄tuꝝ ad rem
pertinebit, exactiſſime perſcrutabimur. Et ſicut phi-
naturā rerū inspiciētes ex magnitudine miroq; or-
dine & pfectione totius orbis eā cauſam eſſe deū in-
tellexerūt. q̄ ceteris potētior, ſapiētior, perfeſtiorq;
exiſtit: quā primam nūcupauerūt primūq; rerum
principiū ac motorē: Ita nos inſpečto Christi crucifi-
xi triumpho, ipsum oſtēdemus omniū aliarū reli-
gionū dijs, fuſſe & eſſe ſupra q̄ cōparari poſſit po-
tētiorē, cūctisq; alijs maiora ac meliora oga effeciſſe:
Sapiētia quoq; ac bonitate iexcogitabili & imēſa eos

Triumphus Crucis.

in infinitū supasse. Ex quo p̄spicuū erit q̄ hic de⁹ mag⁹ nus dñs & rex magnus sup oēs deos . ¶ Exordiam⁹ itaq; ab ijs, q̄ ad potentia⁹ p̄tinēt: positūq; ante oculos triūphū in memoriā reuocemus: atq; ita argumētemur. Aut hic Iesus Nazarenus crucifixus, quē adorāt christiani, est verus deus & p̄ma oīz cā: aut non est. Si primū def̄ soluīt disputatio: quia si est deus, oportet fidē christianā & vniuersam ei⁹ doctrinā atq; religionē esse verā. Sin autē scđm: sequit⁹ Iesum Nazarenū fuisse sup oēm arrogantiā inexigitata superbia nefandissimū: qui purus homo mortalisq; cū esset, se deū maximū estimari & ab oībus adorari voluerit: Ex quo eū mēdaciſſimū pessimūq; dicere oporteret. Quinetiā pari argumēto stultissimū, q̄ talē tātāq; puinciā fuerit aggressus. Quid n. magis rationi contrariū, quidve insanū ac ridiculū magis inueniri potest, q̄ q̄ humilis & mēdicus homo absq; armis atq; opibus vllis, inexpliq; solū ac nudę lingue mucrone, smo potius horrēde mortis supplicio cōtra diuinā maiestatē cōrēdere ausus sit? Atq; illi debiti honoris spolia detrahens simul oēs hoīes tā potentes q̄ sapiētes imbecillos quoq; ac crudelē noua & inaudita religione inuoluere tētarit? Ac simul oēs alioq; deoq; cultus & ritus demoliri, mūdūq; vniuersum tot antea seculis certis legib⁹ instar currētis fluuij assuetū alio statuisse diuertere ac penitus immutare: seq; insup vt deū coli iusserit? Idq; nō solū in vita, sed multo amplius post eius acerbē necis cōsummationē: ea lege vt ipm mortales nō modo diligēt & adorarent, sed repugnāte natura difcillima quæq; ac prorsus intolerabilia ob ei⁹ amo-

Liber Secundus.

rē paterētur: ac deniq̄ nulla pœnarū atrocitate des-
terrī mortem ipsam vitimū terribiliū perq̄ libēter
subirent? ¶ Hic ego te sane interrogem quisquis es,
siquis mortaliū hæc se facturum polliceatur, aut anis-
mo reuoluat, & pectoris arcanum sui tibi aperiat:
quidnam queso, quid dices? Num alium quēq̄ insa-
nire magis putas? Nonne eo maiore cachinno sub-
fannandū quo minus hæc fieri posse iudicares? Si igi-
tur Iesus Nazarenus nō sit deus:qua ope Fretus insi-
piens sacrilegusq; seductor contra patrias leges, con-
tra principes, cōtra sapiētes, & aduersus vniuersum
terrārū orbem reluctātem, cōtraq; infernas & supe-
ras potestates, deniq̄ contra supremū omniū condit-
torem adeo dimicando præualuit: vt coæqualis deo
habitus sit & pari veneratione receptus, ac predicta
omnia inter tot repugnantia tam longo æuo insuper-
rabilis obtinuerit? Cur o Iudei deus vester mundi re-
ctor & custos tātū impietatis scelus pmisit inultum?
Hic ego vos Gentiles appello. Cur hūc dij vestri non
expulerūt? Quomodo hic adeo despectus homo cru-
ci affixus & mortuus eā vim post se reliquit, vt tot ac
tāta pepererit? Quis vnq̄ eorū, qui p dijs habitū sunt
ne dicā hominū, huic fuit cōparādus? cum eorū rixę,
sacrilegia & incest⁹ etiam apud suos cultores nefaria
existimentur. ¶ Vides ne q̄ impudenter quidā Apol-
loniū Tyaneū Christo nostro comparare sint ausi?
Quis vero Pythagoram, Socratem, Platonem, reli-
quosq; philosophos principes, vel etiā Alexandrum,
Cesarem, ceterosq; reges ac imperatores excellentissi-
mos & clarissimos viros ei cōferre possit? cum eorū
nemo deū se fecerit: nec simul oēs minimū quippiam

F

Triumphus Crucis.

In cōparationē Christi veleitus discipulos & pegerint.
Quid x̄o magni x̄utissim⁹ ille dux Arabū Mahume
thes effecit: hic pfecto nunq̄ se deū asseruit: qui tamē
verbis & gladio p̄potēs armis & muneribus & lasci-
uienti voluptatū licentia barbarā imperitāq̄ multi-
tudinē sibi adiūxit. Nōne & ip̄e Christū honorifice cō-
fessus nihil supra hūanas vīres atq̄ x̄utias p̄ se tu-
lit: Talis nempe non fuit Iesus Nazaren⁹. Nemo em̄
vnq̄ mortaliū ad credendū ac peragēdū difficiliora q̄
Christ⁹ ip̄e p̄posuit. Mādauit em̄ & voluit vt eē deus
trinus credere: videlicet pater, filius, & spūssanc̄tus,
vnus de⁹ in tribus p̄sonis realiter distinctis: quæ tñ i
substātia & essentia sūt vnū & simplicissimū eē. Vult
etiā credi se eē deū filiū dei vnū cū patre & spiritu san-
cto: & seip̄m esse verū hōiem x̄ginis Mariæ filiū: quā
pariter vult adorari tanq̄ verā dei matrem: Crucem
quoq̄ clim reorū triste suppliciū in summo honore
& veneratione haberi tanq̄ signum nostrę salutis po-
tissimū. In suprema insup̄ cōena ppetuo testamento
mādauit, vt credat̄ exiguā panis bucēl ā & modicū
vini post pauca cōsecatiōis x̄ba substancialiter non
variatis tñ accidentibus in ipsius corpus & sanguis-
nē verissime transmutari: vtq̄ sic ea libamina adore-
mus & in cibū potūq̄ sumam⁹, velut cælestē viaticū,
per qđ pollicit⁹ est nobis vitā eternā: Nemine quoq̄
nisi renatū ex aqua & spūssancto regnū dei igredi pos-
se. Pr̄cepit ēt vt scripture suę absq̄ villa dubietate v̄l-
derogatiōe ad vnguē inviolabilis fides habeatur: nō
obstātibus multis humano intellectui difficillimis.
Et hæc omnia nisi quis crediderit saluari non possit.
Nec sufficit horū firma & cōstans fides ac veneratio,

Liber Secundus.

nisi inuisibilia diligentibus visibilibus cōtempſis quāſi
bet persecutioſes patienter ſuſtineamus . In patien-
tia enim veſtra poſſidebitis (inquit) animas veſtras.
Idem ſuis in hac mortali vita promiſit non diuitias,
non hoноres, non dignitatiſ: quinimmo prorsus cō-
traria om̄ia, videlicet paupertatem, ignominiam, de-
preſſionem, amplius quoq; iſuſtus, verbera, exilia,
carceres, agones atq; ſupplicia. Quibus ipſius gratia
toleratiſ ineffabilem nobis beatitudinem pollicetur:
proponenſ humanum captum excedētia: vtputa glo-
riam in caelo cum angelis, & corporum reſurrec-
tio nem, & qđ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominiſ ascendiſ. His nihilominus ita ſe haben-
tibus quicquid voluit conſecutus eſt pugnante cōtra
eum toto orbe terrarum. Nam ex omni hominū ge-
nere atq; conditione innumerī hęc homines ita fuſce-
perunt, proſecuti ſunt, vt vitam q̄ fidem deſerere ma-
luerint: Reges quoq; & principes (ſicut etiam nunc vi-
demus) eiuſdem fidei iugo humiliter inclinati iſimis
eius ministris paruerūt. Ponamus itaq; ante ocu-
los noſtros Christum pauperem creditumq; olim fa-
bri lignarij filium & ſuo tēpore deſpectum . Et quid
coſiglet, eum iſterrogem⁹. Respondeat autem. Ego in
quā pauper ac mūdi veluti inquilinus ſtatui vniuer-
ſum meiſ legibus orbē reuocare: ea intentione vt ho-
mines me tanq; deum veruin vnuq; cū patre & ſpiri-
tu ſancto prorsus adoren: vtq; crucem, in qua iſer-
latrones medius opprobrio miſerādoq; ſupplicio cō-
fixus moriar, pariter colant: Atq; poſt mortem hanc
turpiſſimam omnia tormentorū; meorū iſtrumenta
veſtigiaq; ſumma cū reuerentia deſculent, & cū cōfici-

F ij

Triumphus Crucis.

prælata thesauris charissime ac honorificètissime recondant. Ac super cetera sacrificiū panis & vini , hoc ipsum corporis & sanguinis mei esse substantiā credētes deuotissime venerentur. Ac sacri baptismatis vnde animas credant omni peccatorum labi mundari: Seq̄ olei & balsami vñctiōe sanctificari. Postremo in nullo fas sit meæ doctrinæ derogare: sed usq; ad minimū apicem integrum inuiolatāq; accipiant & obseruent. Insuper matrem meam incorrupta & perpetua virginitate sanctissimā speciali prærogatiua super omnes angelorum choros euectam post deū vt mundi reginā & dominā honorent ac deprecentur. Discipulos quoq; meos ex piscatoribus electos supplicib⁹ votis prosequantur: Eorumq; ossa cineres ac reliquias omnis adorent. Talia pauperem hunc cogitantem atq; enarrantem nonne vt stultum risu dignum censes? ¶ Si te præterea irridente perseueraret dicens. Volo vt non solum quæ dixi firmissime credāt: sed vt iij ob hanc causam cōtinentissime ac rectissime viuat, & ppter inuisibiliū sponsonē a me traditam terrena omnia sensibiliaq; posthabeant: Atq; ipsorum in me ardentissimi amoris gratia egestatem, sitim, famē, labores, erumnas, cruciatus, mortē deniq; sequissimam q; audiissime patiantur: hæcq; potius eligant omnia, q; meq; doctrinę vel minimū iota negare . Nonne huiuscmodi hominē mente captum, auf extra se positū putares? Sed si adiiceret. Volo hæc omnia toto inuito mundo perficere. Nam contra reges & principes, contraq; omnes siue deorum siue hominū religiones ac sectas, cōtra etiā tartareas potestates pugnare intento, ex his omnino palmam ac triumphū reporta

Liber Secundus.

turus: certe in effusiorē risum prorumperes. ¶ At si interrogat⁹, qua fidutia, qbus armis hæc efficere velit: idē r̄ndeat, non alijs q̄ lingue⁹ meę̄ meorūq; discipulorū p̄dicationibus. Sed q̄a eloquētia plerūq; ad p̄sua dendum vim magnam habet (ne quid suis in operib⁹ facundię̄ lenocinio tribuatur) illam dicat a se penitus alienā, & se suosq; ministros nulla arte verborū, sed sobrio & simplici eloquio hoc effecturos. Maiori nempe insaniae id ascriberes. ¶ Si vero idem subiungat. Scio propter me infinitam hominum multitudinem peritoram: sed quāto plures morientur, tanto maior subcrescit credentium numerus, & fides mea propagabitur in vniuersis finibus terræ. Meorū enim martyrū sanguis tanq; semen in maximū prouétum redundabit. Vni præterea ex his piscatoribus, eiusq; nunq; successoribus defuturis h̄ereditate cōtinua tradam sublimis regni perpetuum sceptrum: Superbaž quoq; urbem mundi dominā ipsumq; imperatorem ad deosculādos vicarij mei pedes icuruabo. Oh si h̄ec narrantem audisses, quibusnam furijs, ne dicam insania, eum hominem laborare putares? quibus & cachinnis obstreperes? ¶ Cogita præterea hæc addensem. Infiniti de me libri ab excellentissimis & doctissimis viris consribentur: qui me doctrināq; meam p̄predicabunt, eamq; super oēs alias extollentes totis viribus tuebuntur. Sacerdotes vero mei p̄cipua in populis reuerentia solenni deniq; apparatu, & pōpa, cereis accensis eandem doctrinam pronunciant: quā intento ore humiliq; & nudato capite audiunt astantes. Nonne h̄ec vanissima tibi somnia visiderent? ¶ Cōcludat hic demū. His tātum p̄culdubio

Triumphus Crucis.

quæ recēsui, armis instructus p̄dicta oīa consequar,
insupabiliq; manu vīctor euadā: mihi totus terrarū
orbis obtēperabit, nec quis q̄cōtra stabilimentū meā
religionis pr̄xualebit īnēternū. ¶ Talia nempe illo
asseuerante, non hoc hoīb⁹ vniuersis, non naturę, nō
toti cælesti machine, sed soli deo dices opus eē pos-
sibile. Cū ergo hēc oīa iam expleta cernamus, manife-
stū est id diuinę maiestatis tñ opus fuisse, hācq; Chri-
sti fidē a solo deo esse cōstitutā. Nungd enim magoꝝ
aut philosophorū quispiā aut Mahumethes aut ali⁹
regū potentissimus talia gessit: aut aliq; deus gentiū
& nationum huic equiparādus est? Hmōi quippe ge-
sta a seculo nō sunt audita. Erubescant itaꝝ & cōfun-
dantur qui de Christo īfideliter sentiunt. ¶ Neq; ve-
ro dici pōt casu hēc euenisse, cum & pphetꝝ & sibyllæ
multo ante hēc euentura p̄dixerint: idq; antiqua ac
fidelia & Iudeorū & gentiū monumenta testent: in q;
bus scribitur non solū hēc ab ipso deo, vt futura reue-
lata fuisse, sed illa se deū oīno p̄mississe faſeturū. ¶ Pr̄
terea sicut in naturalibus quedā causę sunt necessarię,
quædā vt in plurib⁹, quedā īndifferentes: ita & in ra-
tiocinationibus per comparationē ad intellectū, que-
dam sunt necessariæ cogentes penitus intellectum ad
assentiendū, quæ demonstrationes vocantur: Quædā
aut̄ dialekticæ p̄bationes dicunt, intellectū nō semper
sed vt plurimū inclinātes, qb⁹ tñ firmiter ille vinciri
non pōt: Quædā vero sunt ita debiles, vt vix tenuem
assensum inducant. Quis ergo ī rebus īfimis vt
ī mathematicis īnumerę suppetant demonstratio-
nes, ī naturalibus tamen paucę īnueniuntur. Sed ī
rebus eminētissimis, quīhetiam ī moralib⁹ ferentur:

Liber Secundus.

Ie demonstrationes habentur. Adeo enim debile est nos
stiri lumen intellectus, ut proprias rerum differetias igno-
ret. Philosophi enim accidentibus per differetias vtutur:
Ideo etiam diffinitiones rerum proprias ignorant. Cum
ergo quod quod est, siue diffinitio demonstratio sit medi-
um, sequitur aut nullas aut paucissimas in naturalibus
inueniri demonstraciones. Quare valde difficile est hos
minis intellectum in naturalibus & moralibus scientiis
stabilire; multoque magis in metaphysicis: sed multo
difficilius est intellectum simul conuertere, & affectum
ad se trahere, & a vitiis ad virtutes imutare. Cum enim
sensus spiritui ac rationi maxime aduerteretur, operosum est
valde, ut intellectum sequatur affectus. Omnis vero dif-
ficillimus est utrumque concorditer adeo terminare, ut bo-
norum operum fructus inde pueniat, ad extremumque ipsum
utique perficeret. In omni enim philosophorum dogma-
te quot capita totidem videmus opiniones: eorumque pau-
cissimos id amare quod docent: sed eorum fere neminem
bonis opibus incorruptum vacasse utque ad mortem: Quia
siquis apud eos talis inueniatur, pro miraculo habent.
Si ergo philosophorum precipui non valuerunt hois in-
tellectum nisi in paucis sistere ad ea credenda, quae ipsa
ratio dictat, nobisque sunt naturaliter inserta: ut deum
esse, eiusque rerum humanarum habere puidetiam, & bonum
virtutis esse retinendum, malum vero fugiendum, ac cetera
generis eiusdem: neque etiam in paucis affectum cum intellectu
in bene agendo ita conciliare potuerunt, ut ad ex-
tremum utique non discreparint: quanto minus hoc im-
petrare possent in iis que penitus ratione exceduntur. At
ipsi Christi discipuli sola predicione intellectum simul
& affectum insinuerunt hominum multitudinis coarctarunt, &

F. iiiij

Triumphus Crucis.

clavis quodāmodo ferreis figentes ad ea credenda & diligenda compulere, ad quæ non modo ipsa demonstratio, sed nec aliqua humana ratio vlo modo puenire potest: ut terrena omnia tanq; vilissima ppter regni cælorū promissionem reputauerint, nullis defessi in bene agendo laborib⁹, non blanditijs aut misnis, non tormentis a proposito reuocati. Qua ergo virtute piscatores ac literarum expertes hoc effecerunt? Non humana quidē, sed diuina. Natura enim inter mortales vltimū conatū in philosophis cōsum maut, nec tamē eam in illis vim peperisse deprehendit. Certe si fides Christi esset plena mēdacijs, non potuissent piscatores tā mirabile opus efficere, neq; ipsa tam diu inter tot impugnātes p̄sistere ac pollere. **C**lē si Christ⁹ crucifixus eiusq; piscatores eo modo quo dictū est, ad amorē diuinū vniuersum terrarum orbē tā efficaciter illexerūt, id simplici sermone facere nō potuerūt. Nō em̄ simplicib⁹ x̄bis viri p̄sertim graues ac sapientissimi acqescūt. Certū est aut̄ ipsos verba sua miraculis cōfirmasse. Quæ tam multa stupefacta fuerūt, vt naturalē virtutem penit⁹ supgressa nō nisi a deo fieri potuerint: qui solus miraculorum estauthor. De⁹ aut̄ nō mēdacio sed veritati testimo niū phibet. Christiana igit̄ fides, q; quā ea facta sunt, mētiri nō pōt. Q; si quis miracula negauerit, hoc certe est oīm miraculorū maximū. Ingentia. s. ea, quæ supra cōmemorauim⁹ absq; miraculis p̄ Christū pauperē, & p̄ rudes īcultosq; piscatores eius discipulos fuisse p̄fecta. Siue ergo miraculis Christ⁹ eiusq; discipuli fulixerint, siue non, vtq; apparet in eius opibus infinita potētia oīm superās potētiā aliorū deorum.

Liber Secundus.

Quēadmodum autē inter causas ea prima est, quæ potētissima est: ita inter deos eum dicimus vere deum, qui cunctis eminentissima prēstat potestate. Ut noster est triumphator inuictissimus Christus.

¶ Asapientia Christi fidem esse verā. Ca.XLIV.

Flus quoq; sapiētiā iam ostendamus nulli ces-
sisse. Primū siquidem sapientia est ordinare,
resq; ipsas bene disponere. In omnib; vero que
ad finem sunt dirigenda, sumere gubernationis regu-
lam ex fine oportet. Tūc em̄ vnūquodq; recte dispo-
nitur, quādo ad finem debitum ordinatur. Finis em̄
cuiusq; rei, est ipsius bonum. Vnde in artibus qui fi-
nem artis attendunt ad illūq; cætera coordinant sa-
pientes in ea arte nuncupantur. Sicut in architectu-
ra non ij sapientes dicūtur, qui coementa, lapides, res-
liquāq; materiā subministrant: sed ille qui vltimā cō-
plectif formā, sapiēs habet architectus. In artificiali-
bus autē cū particulares tñm fines, non vltimus hu-
manę vitę p̄siderētur: nō poterit quispiā absolute sa-
piēs, sed scđm quid nominari. Qui ergo supremum &
cōsummatū humanę vitę finē penit⁹ obseruat, oīaq;
opportuna, media suasq; ad illum opatiōes disponit,
iure sapiens simpliciter dicendus erit. Sed Iesus Na-
zarenus suis cū discipulis atq; cultorib; solus verum
humanę vitę finē veraq; media ostendens efficaciter
docuit, pfecteq; adimpleuit: ita vt null⁹ finis melior
nec perfectior christiana vita inueniri aut excogita-
ri possit. Patet ergo q; nec inter deos, si tamē dij sunt
alij, nec inter homines quisq; sapientior vnq; inuētus
sit, aut inueniri possit. ¶ Si enī insup sciētis est doce-
re posse, Cū em̄ quis ad pfectiōem sciētiaz puenerit,

Triumphus Crucis.

facile potest alios erudire: quemadmodum cum quis ad perfec-
tam etatem peruerterit, potest filios generare. Sed
nullus alius deus vel homo a seculo inuentus est, qui
tam proficua sapientiam quam christiana est, mortalibus
attulerit: quique simul eam tam facile docuerit. Philo-
sophorum namque doctrina obscura est, & logo vix tempore
perceptibilis. multis quoque erroribus difficultatibusque
plexa: quibus vel ipsi preceptores incerti plerique an-
sique torquentur: sicut de divina puidetia & de huma-
ne vite sine supius dictu est. At postquam sapientissimus
magister & saluator noster Christus ipse comparuit:
non multo temporis interuallo uniuersus mundus de pa-
uidetia & bonitate dei, de animae immortalitate, de fine
ac beatitudine hominum, de medijs ad eam peruenienti, de
compluribus denique alijs documentis adeo fuit illustra-
tus, ut etiam in puerili & ibecilla utriusque sexus etate
christiani clarius haec intelligat, quam praelari philosophi
indefesso studio cognouerint: In hacque doctrina ita im-
mobiles fiunt atque constantes, ut mille ad mortem usque
supplicia pateti malint, quam minimu iota doctrinæ Chri-
sti impie denegare. ¶ Preterea agentis virtus tanto
maior apparet, quanto ad remotiora se extedit, & citius
operatur. Quo itaque posterior fuerit sapientia, eo magis ac
velocius ad insipientes immutandos sanandosque va-
lebit. Non enim maximus est virtutis aut industriæ opus
sapientes efficere homines docili acutoque ingenio prædi-
tos, atque ita a natura ipsa dispositos: at stultos, par-
vulos, hebetes, quin & mulierculas peccatoresque gra-
uissimos ac flagitosissimos homines meretricesque sub-
ito ad sapientiam & ad vitæ rectitudinem convertere, huius
vires excedit. At Iesus noster non minus ex præ-

Liber Secundus.

dicitis oib⁹ innumeros q̄ ex prudētibus & acutissimis
viris repēte soloq; fere nutu mira quadā cordis com-
punctione mutauit, & quotidie ab h̄mōi nō cessat esse
ētu: qd̄ non aliis deoꝝ vnq̄ hoīmꝝ effecit. Christi er-
go sapientia & doctrina cunctis est preferenda. ¶ Cū
natura itē sit ad vnū determinata, nō magnē virtu-
tis est in rebus naturalib⁹ p̄ ipsius naturę media ali-
quid efficere: vt si spiritualis quępiam creatura semine
ignis admoto illius admīniculo domū statim succen-
dat, qd̄ in ipsa est hoīs facultate, non arduū reputa-
re: at si p̄ cōtrarias causas, vt puta ex glaciali aqua
ignē eliciat, ex eaꝝ incendiū nutriat, id admirabile sa-
ne opus magnēq; virtutis estimare. Signum ergo
summę & infinitę virtutis est absq; vlo naturali in-
strumēto posse oia naturalia operari: & iterū quoli-
bet instrumēto posse quęcūq; libuerit, vel etiā illi con-
fraria pariter educere. Docere itaq; p̄ debita & natu-
ralia media sapientiā, quemadmodū p̄hi docuerunt,
iuxta solitū intellectus humani captū, haud eximiuꝝ
admirandūq; est. Sed p̄ stultitiā mūdi. i. p̄ ea q̄ apud
hoīes stultissima existimant, tradere summā & ineffa-
bilē sapientiā, & stultissima mūdi cōuertere in diuīng
sapientiē instrumēta, maximāq; in eis sapientiā collo-
care: difficillimū sane opus & diuinū tantūmodo iu-
dicādum. Qz si crucis horror & opprobriū vna cum
subfannationib⁹, sputis, alapis, verberibus & formē-
tis, q̄ moriēs passus est Christ⁹, cōsideren̄: nihil hac
cruce magis tetrum aut stultū anteq̄ Christus cruci
figeretur, poserat inueniri: per ipsam vero Christus
orbi terrarum maximā cōtulit & indidit sapientiam
vt oīs christiana p̄fessio docet, & experientia quotidie

Triumphus Crucis.

na festaſ. Ergo p̄cipua & diuina eſt in Christo ſapien-
tia, in alio nunq̄ repta nec audita. ¶ Itē cū ſapiētia ſit
diuinarū rerū, illa pfecto ſapiētia oīb⁹ p̄fitat, q̄ ſupra
cæteras de diuinis reb⁹ hoies iſtruit. Sed nulla id ma-
gis peregit, q̄ ſapiētia Chriſti: Ergo ipſa cæteris ē p̄e-
ftātior. Qz aūt ita ſit apparet ex ſcriptis aīn Chriſtū
& extra ei⁹ doctrinā editis, que ſi chriſtianorū libris
monumētisq̄ cōparenſ, pauca a p̄kis dices, & ab alijs
auctorib⁹ eē tradita. Quinimo ad augēdā p̄ſicēdāq̄
p̄kiam plurimū cōtulit doctrina chriſtiana, que re-
rū diuinarū peritiā adeo circūquaq̄ diffudit, vt fere
nūc oēs Chriſtū p̄fitētes ea ſciāt ac doceāt, que ante il-
lius aduētū vix a p̄kis p̄cipiebanſ. Deinceps aūt poſt
ap̄lorū p̄dicamīna ſuis detectis errorib⁹ non ſec⁹ eru-
buerūt hoies, ac ſeſe purgare cōtēderunt, q̄ ſi nocte in
ſtercore cōnoq̄ versati, ſupiufa mox luce, immūdi-
tia illa cōspecta pudore ac confuſione correpti eā abſ-
tergere curaſſent. Nā & p̄ki & poete quidā idolorum
ſuorū cultū & aniles fabulas ac turpia deliramenta
erubescētes ſuperinducta luce Chriſti (ad quā tñ p̄æ
nimio fulgore caligauerūt) conati ſunt mendaciū ful-
cire mendacio allegoricos ſenſus comminifcentes: cū
viderent ſe aliter deorum ſuorum turpitudinem, ac
pleraq̄ flagitiosiſſima, iſpis quoq̄ hominibus nefar-
ia, celare & honeſtare non poſſe. ¶ Ad ſapiētem p̄e-
trea pertineſt non modo facilia, ſed diſſicilia quoq̄ co-
gnoscere, eaq̄ docere poſſe, ab aduersariisq̄ defende-
re. De rebus vero diuinis diſſiciliora nemo proposu-
it, faciliusq̄ vñq̄ q̄ Chriſtus ipſe perdocuit. Nec pau-
cos tantū diſcipulos, ſed vniuersum terre orbē instru-
xit. Ab infinitis quoq̄ oppugnatoribus ita facile eadē

Liber Secundus.

christiani defendunt: ut quisquis eorū rōnes librosq; legerit, hanc vnam perennē & incōparabilē sapientiā esse dubitare vlo modo non possit. Neq; vero contra eam syllogisticis modo contentiōibus, sed imprope rijs, minis gladioq; ad necem vsq; acerbissime pugna tum fuit: cum ea tamen inuita de his omnibus tri umpharit. Profecto si aduersus philosophos, princi pes ac tyranni , quemadmodum contra christianos rationibus tormentisq; certassent, illos existimo fuis se, vel prima apud se principia negaturos: Christus autem vel eaip̄a proponens, quę ratione naturali in uestigari non possunt, illa tamen & ab ipso gladio & ab omni deorum ac philosophorum sapientia iniuriaq; defendēs, solido in perpetuum robore cōfirma uit. Item aut fides est vera, aut commentitia. Si ve ra, bene conuenimus: Si commentitiam dixeris: non minus probo Christum fuisse omnium sagacissimū, & sapientissimum, qui tam difficulta & ardua exquisiuit, eaq; mortalibus ita persuasit, vt nulla vel diuina vel humana ratione aut potestate infringi destruiq; potuerint. Christiani namq; doctores ipsi etiam philosophiæ scientiam profiten̄: & ea quę docuit Christus, q̄q supra rationem sunt , philosophiæ tamē nō repugnare, quin potius scientias omnes seruire eis ostendunt: Nec quemadmodum quidā rudes ac supstitionis, philosophiā aut aliquā verā scientiam reisciunt vel contēnunt: sed omnia quę bene dicta sunt, ius suum tanq; ab iniustis possessoribus sibi vendicant. At quis adeo vel sapiēs vel astutus inueniri posset, q̄ villa figura seu mendacia aduersus omnes tā multorum sapientū rationes tueretur & cuilibet phi

Triumphus Crucis.

Iosophie consona esse monstraret? Profecto verū vero cōsonat, & falso oīa dissonat. Si ergo p̄hi difficulter verum ab aduersarijs illēsum seruare, ac p̄tegere potuerunt, quāto min⁹ falsum viribus proprijs infirmū a violēta & callida īpugnatione defendēt? Itaq̄ posito, fidē hanc esse cōmētitiā, necesse est cōcludere Christū oīm sagacissimū sapiētissimūq; fuisse: qui p̄ inuestigabilia atq; ardua documenta hoīes ad se alliciens traxerit, & sacro quodā spiramine īmpulerit ad bene beateq; viuēdū. Sed cū pugnātia īnuicē simul stare ne nequeāt, vt. s. falsa cū vera p̄chia cōcordēt, ac p̄ ea homines ad rectā vitę normā dirigantur: oportet utiq̄ eius fidē atq; doctrinā verā asserere, ipsumq; Christū cūctorū eē deorū hoīimq; sapiētissimū cōfiteri. Hic viri sciētiarū oīm peritia mirifice pollētes vītēq; sanitimonia pbatissimi doctrinā Christi vt summā sapientiam amplexati suis eā p̄conijs scriptis & opib⁹ extulerūt, amplificarūt, ac sanguinis testimonio p̄fir marunt: qui nisi illā hoīib⁹ a deo traditā certissime cognouissent, tot pfecto labores, estus & agones pro ilia tuēda minime tolerassent. Maxime item sapiētis virtus apparet, quando ad finē & vltimā pfectionem oīm scientiarū suos discipulos perq; breui via pducit. Sed solus hoc effecit Christus. Oīs em̄ scientia vel rōnalis est vel realis. Ratiōalis qdē est Logica, Rhetori ca, Poesis: que circa ens rōnis versant, earumq; finis est p̄ diuersas rationes & exhortationes hoīs intellectum ad assentiendum propositis astringere. Ad id vero super omnes Christus ipse suos perduxit sine difficultate discipulos: quod ex hoc vel maxime apparet. Piscatores enim antea rudes & imperiti, alijsq;

Liber Secundus.

innumeri idiotę accepta illius doctrina vniversum
efficaci persuasione orbē immutarūt: quod nulla ar-
morū vis, nec reliqu⁹ totius sapientiæ conatus (sī
quis recte considereret) assequi potuisset. Realis autem
scientia in practicā speculatiuāq; diuiditur. Practicā
ipsa moralis est: quā tanta facilitate ac celeritate disci-
plina Christi exadūcissime docet, ut a philosophis (si-
cut ante p̄dixim⁹) nihil desiderari oporteat. Si autem
fuerit sciētia speculatiua: aut abstrahit prorsus a ma-
teria tam sensibili q̄ intelligibili: Eaq; est scientia di-
uina, in qua Christus omnes tātopere superauit, vt
ad eū nulla sit comparatio: nedū ille super omnes ob-
tineat principatum. Aut a materia sensibili, nō ab in-
telligibili abstrahit. Et hæc est mathematica: que so-
lam considerat formam, neq; bonum finemq; respic-
cit, vt philosophi dicunt. Propterea doctrina Chris-
ti usq;qua q; bono atq; fini intenta huic non multū
studij impertitur: quia ad salutem non pertinet. Sē
quid tamen vtilitatis ad bene beateq; viuendum ex
ea colligi potest: hoc totum doctrina Christi sibi v̄
dicavit. In scriptura etenim sacra numeri & figuræ
ad bonos mores & ad diuina aptissime ordinantur
adeo vt neq; in minimis philosophorum disciplinis
aliquid vtile aut desiderandum reliquatur. Aut non
abstrahit a materia intelligibili nec sensibili: Et hæc
est phia naturalis: ad cuius ultimū finem cum sum-
ma voluptate diuersimode ac facile doctrīa nos chri-
stiana perducit. Cognitio enim rerum naturalium
in se nō est finis supremus, ad quem per ipsas res na-
turales ire cōtendimus: sed per hæc corporea ad inui-
sibilium cognitionē peruenire desideramus. Qđ qui

Tríumphus Crucis.

dem copiose atq; iucū de subministrat doctrinā christiana: quę in oībus fere naturalib⁹ rebus tanq; i speculis intuisibilia dei pulcherrime ac mirabiliter effigiegit. Iesus ergo fuit omniū sapientissimus: qui ad finem cōsummationēq; sc̄iētiarū oīm totū terre orbē facillime pduxit. ¶ Delectationes deniq; intellectus p se delectatiōes ipas sensus excedūt. Quę vero ad intellectū p̄tinēt potissimū cōsistūt i cognitiōe p̄mē veritatis: ex cui⁹ pfectiori cōceptu maior puenit delectatio. Vbi ergo maior est sapiētia, maior p̄mē veritatis inest cognitio ac delectatio. Signū itaq; maxīmū sapiētiae Christi est sūma, quā hñt christiani i ei⁹ cōtē platiōe delectatio. Qua nulla maior haec tenus est iuēta. Innumerī em̄ fuerūt quēadmodū etiā nunc videamus, q pp̄ter p̄mē veritatis cōtēplationē in doctrina Christi existētē spretis oībus sc̄li voluptatib⁹ ac blādīmētis, sese ad deserta loca contulerunt: quodq; maximū est, i ea cōtēplatione adeo p̄ficerūt, vt semideos nō hoīes, imo angelos in terra putares: Quia extra carnē positi nil terreni, nō dicā appetūt, sed ne ei⁹ qui dē inspectionē dignant̄, sibiq; ip̄is, tanq; dij sint angelī ue, sufficiūt. Ex q̄b⁹ cūtis apparet doctrinā Christi esse maximā, ip̄mq; Iesum Christū eē verā æterni patris sapiētiā, quę sola tot ac tanta potuit efficere.

¶ A bonitate Christi fidem esse veram. Cap. XV.

O Stendimus Iesum Nazarenū potentia & sapientia cunctos homines omnesq; gentium deos adeo superasse, vt si quis crederet esse deus, pr̄ter ipsum alius existimari non possit: Reliquum est vt ex eius bonitate hoc idē ostendam⁹, probantes ip̄m esse summū bonū, & ultimū humanae vitæ finē.

Liber Secundus.

Vbi prīmū aduertere oportet omnes actiōes huma-
nas esse ppter aliquē finē. Opatiōes ēm̄ hoīs prout
humanę, ab ipsa hoīs volūtate liberoq; arbitrio, quo
a brutis differt, sine dubio pfectiuntur. Obiectū autem
volūtatis est bonū & finis. Cum igitur in finib; nō
sit pcessus in infinitū (alicquin cuiuslibet appetitus
motio cessaret) oportet aliquē esse hoīs vltimū finē:
impossibile vero est duos per se alicuius rei esse vlti-
mos fines, cū extra finē vltimū nil appetat. Ultimus
siquidē finis dicit̄ esse aliqd adeo implēs appetitum,
vt nihil extra se vel quod ad ip̄m nō ordinē appeten-
dum relinquat. Oīm itaq; hoīm est vnuſ vltimus fi-
nis. Scire tñ oportet nō oēs hoīes in vltimo fine ma-
terialiter cōuenire, q̄uis oēs in eo formaliter concor-
des semp existāt. Ratio quippe vltimi finis humanę
speciei est felicitas. Oēs ēm̄ hoīes cupiūt esse felices:
non omnes tamen felicitatem in eadem re esse arbī-
trātur. Cū autem iam superius pbatū fuerit vltimū
humanae vltimū finē primā esse veritatē, p̄māq; causam,
id est deū: si demonstrauerimus Iesum esse hunc vlti-
mū finem, liquido cōstabit ip̄m esse p̄mā veritatem
primāq; causam, ac deū verum summūq; bonum, cui
ratio vltimi finis verissime cōpetit. ¶ Qd̄ vt clarius
intelligatur, considerandū est q̄ quādo aliqua natura
ad aliquid tanq; ad vltimū finē ordinatur, per admis-
tionē alterius naturę distrahentis impediri potest,
ne ad id oīno moueat, aut adeo vehemēter in illud
tendat: vtputa graue deorsum naturaliter tendit, &
q̄ia grauia scdm̄ suę grauitatis formā tendit ad cen-
trum. Avis tamen sursum euolat: q̄ia non solū gra-
uitatis, verū etiam aīalis formam habet. Motu ergo

G

Triumphus Crucis.

animali suspēdente vel impediēte grauitatem fertur in altū. Similiter si insensibile mixtum habeat multum aeris & ignis terre connexum,ima haud velociter petet. Si aut̄ aliquid graue purū inueniaſ, absq; re pugnantia formę semp, nisi violētia īſit, agetur deorsum: & quāto id fuerit in sua natura purius tanto vehemētius ibit ad centrum. Quia ietur homo dupliſi conſtat natura, videlicet ſpūali atq; corporea ſeu ſenſibili, q̄uis intellectus & volūtas naturali mo- tu in deū tendant, tñ ex permixtione partis ſenſibilis ppter neceſſaria ad uſum illius organa poſſeſſionib; perturbatur, & frequentius ad aliud trahitur q̄ qđ natura depoſit: Et q̄uis violēter cogi nequeat, tamē vel per errorem vel p appetētiā nimiā grauitatē affe-ctus & male informatus intellectus voluntatē ptra- hit ad ea quę inordinata ſunt, appetēda. Si igitur vo- luerimus ad inuenire in quo ratio ſiniſ hoīs vere con- ſtituta eſt: ex motu & vehemētia eius amoris flagrā- tiſq; deſiderij inuestigare neceſſe eſt. Cū autem natu- ra ſenſibili rationaliſ conſtet: nō eorū deſideria in- ſpicere debemus, q̄ more pecudū viuūt, ſed eorū dū- taxat, qui ratiōe vtuntur & vere hoīes ſunt. Nā ſi ex- perimentū grauitatis, quo videlicet tendat graue, ſci- re voluero: non utiq; id cognoscere potero ex auium volatu, ſed ex eorum motu, quę mere grauiā ſunt. At vero ſuperius pbauimus nullā in terris purgatiore vītā dari christiana, nulloſq; hoīes magis ſcdm ra- tionē viuere q̄ christianos: Ex eorū ergo amore & de- ſiderio, qui vere & pprie hoīes ſunt, potius q̄ aliorū in cognitionē ultimi ſiniſ poſſum⁹ puenire. Sed oēs christiani recte viuenſes vehementiſſimo amore pa-

Liber Secundus.

riq; cōcordia tēdūt in Christū crucifixū tanq; in sup-
mū finē:cuius gratia cātera vt sordida purgamenta
cōtēnunt:idcirco hic est finis ille & verus de⁹,ac sum
mū bonū.¶ Prēterea vltimus finis est hoīs plena pfe-
ctio:ideoq; quāto qui's fit illi propinquior,magis pfe-
citur,quātoq; magis pfecti⁹,fit eidē magis pximus:qa-
nil aliud est pfecti⁹, q; suo vltimo fini appropinquare.
Sed nulla res vnq; inuenta est, propter cuius appro-
pinquationē p intellectū & affectū humana natura tā-
tum in vita pfecterit,tantāve affecuta sit perfectionē,
vt in appropinquatione Iesu Christi crucifixi p intellectum & affectum(de huiusmodi nāq; appropinqua-
tione,non de illa,qua corporalis est,loquimur)adeo
q; quanto magis fit illi vicinior,fāto ipsuīn vehemē-
tius diligit:vtq; superius demonstratum est,in mo-
ribus perficitur:Plane igitur constat ipsum Christū
esse vltimū humanę vitę finē.¶ Ad hāc ipsius finis de-
siderium est omniū maxime naturale:ideoq; immo-
biliter vnūquodq; vltimo fini adh̄eret. Sicut enim in
speculatiis prima principia sese habent,ita & in aq;uis
vltimus finis. Ut igitur prima principia sunt no-
bis naturaliter inserta, ita est desideriū vltimi finis:
immobileq; idcirco p̄sistit. Signū ergo est hoīem tūc
vere ad vltimū finē puenisse:quando alicui rei secūdū
rationē a vitijs purgatā adeo firmiter insistit,vt cete-
ra illi vni posthabeat, eāq; ne deserat malit vita pri-
uari.Q; uis ergo alij sibi alios cōstituerint fines:nun-
q; tamen aut perq; raro vidimus christianis exce-
ptis,qui vita maluerit,q; suo quisq; fine destitui. Cā-
teri enim pro vitę conseruatione extrema omnia pa-
tiunt,& cuncta qua habet homo dabit p anima sua.

Gij

Triumphus Crucis.

Christiani vero nō solū equanimititer sed libenter quo
q̄ ppter Christū, & ppria hilariter deserūt, vitāq; p
nihilo habēdā putant. Qz si Christus nō sit summū
bonū, sapientissimi certe viri vitā saltē, quę p̄ciosissi-
ma est, p̄ tāto errore, quo nullus maior inueniri pos-
set, non cōmutarent. ¶ Item cū ea quę sub eadē specie
cōtinent, ad vñū euindēq; finē ordinent, in eoq; vñian-
tur: velut oia grauia tendūt ad cētrū: manifestiss mū
est argumentū, Iesum crucifixum esse vltimū homi-
nis finē, q̄ nihil vñq; repertū est, i quo hominū cōt⁹,
vt in dño Iesu, tā firmo vinculo nēteretur. Nam qui
in eum credunt, non secus inuicē copulantur atq; cō-
ueniunt, q̄ singulę terre partes ad centrū in vñū glo-
bū congeriemq; redactę. Eoq; modo christiani om̄es
ad Christū tendētes efficiunt cor vñū & anima vna
in eo: quin in fide magis p̄ficiētes maiori delectatio-
nis & charitatis ardore se mutuo cōpletūt. q̄ si
Christus purus homo fuisset, ac proinde fides clande-
stīnū impiūq; figmentū, nequaq; in tot milibus diuer-
sæ cōditionis ac generis hoīm talē sortiretur effectū:
quia ex falsis aggregata facile disgregant: nec possent
innumerī homines falso fundamento, amicitiæ copu-
lam st̄abilire, eandemq; augere errore crescente.

¶ Item spirituales oblectationes, quanto vltimo fini-
mentis nostræ acies magis propinquant, tanto sunt
maiores: & tunc sunt maxime p̄fectę, cum ipsum finē
illa magis attingit: si homo itaq; finē imperfecte at-
tingēs modo aliquo delectatur, tanto ampli⁹ delecta-
bitur cū finē p̄fectius obtinebit. Sed delectatio, quā de
Christo fideles percipiunt, omnia tam sensus q̄ intel-
lectus oblectamenta superat: quod ex tribus potissi-

Liber Secundus.

mum apparet. Primo ex incōparabili martyruū con-
stantia: quorū innumeros legim⁹ ad supplicia tanq
ad nuptias gaudentes atq̄ hilares conuolasse, atq̄ in
medijs cruciatibus exultātes, velut in delicijs positos
psalmos deo decantasse: qđ fieri profecto non potuis-
set, nisi immense delectationis excessus, quasi in ipso
Christo, cōsopito omni corporis sensu ab omni eos do-
lore terroreq̄ defendisset: qđ quidē in nulla alia delec-
tatione concedit: vehemēs em̄ dolor (vt experientia
docet) hominē pturbat, eūq̄ omni substracta volu-
ptate extra se ponit. Secūdo ex infinitis monachoruž
exemplis qui relictis mundi blanditijs in solitudi-
ne & cauernis errantes tanq ferarū socij in abstinen-
tia, iejunio & corporis maceratione, egeni nudiq̄ in
summo tñ gaudio ob maximā diuinorū cōtemplatio-
nē iocunditatemq̄ vixere. Eorūq̄ adhuc vestigia su-
persunt. Modo em̄ (vt iā diximus) religiosorū pluri-
mi gratuitē seruituti ppetuisq̄ clausuris vltro man-
cipati sub arteſſima obcedentia, tanq liberī sub gra-
tia constituti piucūde & sincerissime viuunt. Tertio
ex sapientissimis viris oīm scientiarū eruditione re-
fertiſ: qui degustato sacro scripturarū fonte, ac deli-
bata Christi dulcedine, oēs alias sciētias reliqrūt, illi⁹
tñ doctrina delectati: cui tāq inseparabiles firmiter
adhēserūt, quālibet aliā seu philosophorū seu rhetorē
insipidā sapiētiā ac eloquētiā deputātes. qđ & ego hac
tēpestate sum expertus, multosq̄ id fecisse cognoui.
Ex his itaq̄ apparet oblationes, quæ ex fide ac con-
templatione Christi crucifixi procedūt, omnes alias lō-
ge pſtare. Oportet ergo dicere eas ab vniuersali sum-
moq̄ bono puenire: pſertim qā quanto fide & amore

G iiij

Triumphus Crucis.

ad Christū ppius accedimus, tāto hīmōi delectatiōes amplius augen̄t. ¶ Deniq; vt vna ratiōe oēs vltimi finis pprietates coniūgētes breuiter argumētemur: omnia eiusdē speciei indiuidua ad eundē (vt dictum est) finē vltimū ordinant, oēsq; hoīes in vltimi finis ratione cōueniūt: sed nō in eo, in quo talis ratio inuenit: hoc em̄ ē qđ qritur. Cū itaq; hoīis beatitudo in intellectus actu cōsistat: pfecto rem illam esse dicem⁹ cui ratio vltimi finis vere competit, in qua oēs cōueniunt ratione vtentes & corde purgatores: ad eamq; vniiformiter mouētur, & eidez immobiliter inherēt: quāq; supra seipso diligentēs ipsi, ppter ea in ea mirificē delectantur: viteq; integratē, ac superni claritatē luminis haurientes, in diuinūq; amore trāsformati, idē penitus oēs efficiunt, ac quodāmodo extra mundū positi terrena oīa vt stercora arbitrantes cælesti munere congaudent, ac pace demū maxima perfruunt. Sed hæc oīa, quæ ipsius summi boni sunt conditioñes, nunq; nisi in Christo crucifixo que ut in deo inuenta sunt: is ergo est summū bonum. ¶ Sed quid in ijs quæ p se manifesta sūt, diutius immoramus? Cū em̄ bonū sit sui ipsius diffusiuū, summū bonū maxime seipso diffundit. Maior aut̄ boni cōmunicatio & amplificatio, q; que a Iesu Christo puenit, non inuenit: quādoqdē post Christi aduentū pugnatāq; ei⁹ fidem vniuersus terrarū orbis a p funda errorū peccatorūq; caligine purgat⁹ est, omniq; virtute viteq; sanctimonia refertus: totq; inde fidelibus bona concessa sunt, vt felices ac beati in terris viuere existimentur: Nam siquā beatitudo in terris haberī pot̄, solis compedit Christianis; id quod & in compendio de simplici

Liber Secundus.

tate christianæ vitæ probauimus. ¶ Bonitatis insuper dñi nostri Iesu Christi exuberātia, incōparabilis illi⁹ clemētia & misericordia declarat; quia ob nullā peccatorū & scelerū grauitatem veniā pœnitentibus subtrahit, aut differt, sed plærūq; ad se reuersis maiora dehinc dona impertiri nō desinit: atq; re ipsa cōpertū nob̄ est, quotiēscūq; quis ab eo recesserit, eum statim dulcedine viteq; rectitudine priuatum terrenis sordibus mergi, curisq; torqueri: Cū autē resipuerit, mox ad pristinum recreationis & quietis reuertitur statum, quasi inexplebili febrilis ardor, siti curat⁹. ¶ A Christi potētia, sapientia & bonitate simul fidē esse veram.

Cap.XVI.

VT aūt supi⁹ dicta de Christi potētia, sapiētia & bonitate, quo facilius intelligantur, quasi quodam epilogo perstringamus: Dicimus, si Christus non sit deus, vt sese fecit, eum omniū hominū superbissimū pariter stolidissimūq; fuisse. Q; si non ipse hoc de se dixit, sed eius discipulorum fallacia fuit, hominūq; cōmentum (vt delirantes quidam ferunt) quō ex fallaci præstigioq; mēdacio tanta potētia, sapiētia & bonitas prodire potuit, vt nulla major excogitari queat: Nā si hic nō sit deus, nescio quis alius videatur. Q; si deus hęc inferiora p cōgrua media regit atq; conseruat: cū nullū mediū Christo pfectus ad bñ beatęq; viuendū esse pbauerim⁹, non video quō effugere valeamus, quin aut fateamur Christū esse verū beatitudinis nr̄ mediū diuinit⁹ generi humano cōcessum: aut diuinā puidētiā vel iustitiā inflatiemur: aut oia a casu v̄l a fato eē credam⁹, Deūq; oī no repudiam⁹, quę oia p̄ter primū necessario admit-

G iiiij

Triumphus Crucis.

tendū, stultissima sunt. ¶ Si qua præterea est in mundo vera religio, ut iam p cōcesso validis recepimus argumentis: quis neget tot & talibus inspectis hanc religionē esse christianā? Nulla siquidē tot efficacissimis rationibus fulta est. Q: si hæc vera non sit, oīs profecto religio auferatur oportet. ¶ Item scim⁹ nul lam religionē sicut christianam acerrime fuisse ppetuis temporibus impugnatā. Cæterę em̄ religiones vel fraudulentę potius superstitiones, ea qua inductæ fuerant vanitate, nulla quodāmodo vi nulloq; labore defecerunt. Hæc autē velut aurū purissimū continuis purgata flammis fulgentior ac maior euasit: q certe stare non posset, si qua alia vera, aut hæc falsa esset. ¶ Ad hæc manifestum est christianam religionem ab hominibus probis ac iustis nihil vñq; psecutiōis aut molestię pculisse: quin ab illis potius summa in veritate cultuq; fuisse habitam: Cum flagitiosis autē impijs & sacrilegis cumq; eorū patre diabolo conti nuū atq; insatiabile semp ipsi fuisse ac esse certamen: Et quotquot eam vel Christi ministros psecuti sunt, eiusmodi nequissimę sortis (vti nūc etiā cernitur) extiterunt: qd aliarū nulli contigit religioni. Cur itaq; scelestos potius q probos hoies imitemur? ¶ Nulla insup alia est inuēta religio ad quā tot homines hactenus sint hac cōditiōe cōuersi & quotidie accedant, sciētes scilicet se non ad diuitias, non ad honores, neq; ad voluptates, quibus in ipso sacri fontis Iauacro renunciaturos se obligant: sed ad cōceptiones, abstinentiam, parsimoniam, improperia, & si oporteat ad extrema omnia toleranda vocari. Talibus igitur promissis & obligationibus nemo quidem sanx mentis

Liber Secundus.

alicere, quēadmodū infinita virorū milia perspeximus, nisi euidentissimæ veritatis lumen mortaliū corda penetraret. ¶ His itaq; & h̄mōi rationib⁹ credere cogitur intellectus, admirabilē Christi fidē verā esse. Si em̄ vnū argumentū aut duo & tria vel pauca hoīes assentire nō cogūt: simul tñ oīa collecta, si recte & sincere cōsiderētur, nō inualidiora erunt q̄ mathe maticē demōstratiōes, vñ q̄ id esset, si reuocatio defuncti ad vitā p cōfirmatiōe adduceretur. ¶ Properea si christiana religio vera est, oēs alias explodi oporet: ipsa vbiq; attestāte neminem extra fidē hāc saluari posse. Qd̄ quidē rōnabile est: q̄a cū salus nostrā cōsistat in visione dei, ad quā sine supcēlesti dono nemo valet puenire (vt superius dīctum est) nō pōt aliquis eā cōsequi absq; fide, dicēte scriptura, Sine fide impossibile est placere deo. ¶ Nec supeſt iustę q̄relę aut excusatiōis locus ijs q̄ in peregrinis & ab hoc cultu alie nis partib⁹ nascunt: quoniā si quis duce naturali lumine rōnis, qd̄ nulli deest, ad cōmunē oīm parentē & opificē sese in creaturarū ordine vbiq; demonstrantē & nulli rei in necessarijs deficientē recta intentione & puro corde cōuerterit, veritatisq; ostēsionē iplora uerit (vt in principio hui⁹ operis iuxta catholicā assertionē tetigimus) suo nō fraudabili voto: Sed aut per internā inspirationē, vt lob, siue p angelos vt Cornelius Centurio, aut p apostolicū virū, vt p Philippū eunuchus, necessarium ad salutē lumē imētrabit.

Liber Tertius.

Procēmīum de ordīne procedendī.

G v

Triumphus Crucis.

Veritatem fidei religionisq; christianæ tam ex præteritis q; ex præsentib; ecclesiæ orthodoxyæ effectibus aperte demonstrauimus. Verum quia non satis est nostra cōstruere, nisi ea quoq; a destruentibus defendamus : reliquum est, vt fidei ad uersariis occurramus, ostendentes religionem nostram nihil impossibile, nihil irrationabile continere. Q;uis em̄ supra rationem multa credat, quæ potentia dei non disconueniunt, nihil tamen contra rationem ipsam cōfitetur: quin immo et si ingenij mortalis vires ea lōge excedūt, habēt tñ & rationis plurimū & probabilitatis. ¶ Ut autē in nostri operis processu ordinem seruemus: primū de articulis fidei loquemur: iij enim sunt nostra religionis fundamenta. Deinde moraliū præceptorū seriem rationēq; reddemus. Tertio iudicatiū. i. legum quibus in iudicando nostra vtif religio, rationē demōstrabimus. Ultimo ceremoniarū mysteria apte interptabimur. Hęc em̄ sunt, q; vniuersam christianorū doctrinā, totūq; regimē cōpleteunt. ¶ Et quis excellētissimi viri doctores nostri de his oibus elegāter, copiose plenissimeq; tractauerint: nō tñ cuipiā superfluus vide ri tertius hic liber noster debebit: tū quia præcedētibus iure copulādus videt, vt præsentis opis sit omni ex parte absoluta doctrina, ne quid truncatū aut instantū p viribus relinquamus: Tum qa ea que præceptores nostri passim longioribusq; sermonib; & mira subtilitate disseruerūt, nos ad breue cōpendiū facilioremq; intellectum omnia redigentes, in hoc libelio commode colligemus: vt non solum omnino peritios christianis, sed vel mediocriter litteratis, & ipsiſ

Liber Tertius.

infidelibus breuem lectionem non aspernantib⁹ hac
facilitate obsequamur.

CIn deo esse infinita: Deūq; infinita facere posse, quæ
humani intellectus captum excedant. Cap.I.

TN deo plurima esse & infinita, quæ intellectus no-
strī vim captumq; prorsus excedant, facile ex ipsi-
us intellectus imbecillitate cognoscere possumus.
Quantū enim se cuiusq; virtus extendat, in ultimo
suo conatu demonstratur. Supremū igit̄ intellectus
nostrī virtutis experimentū in excellentissimis ph̄i-
losophis cognoscere possumus: In his enim faten̄ ho-
mines naturā ultimū conatū fecisse. Certum est aut̄
(vt ip̄simet ingenue faten̄) pexiguā & valde incertaz
laboriosamq; rerum naturaliū cognitionem eos ha-
buisse. Si ergo tota (vt ita dixerim) naturę hūanę vis
vbi plurimū conata est ad cognitionē harū rerū do-
mesticarum pfecte puehi nō potuit, quāto minus ad
essentię celestis cognitionē pueniet? Multo vero etiā
min⁹ ad angelorum pprietates. Minime aut̄ oīm ad
eius cognitionē pueniet, qui est infinita distantia sup
oīa eleuatus. **P**raterea si in eadē homī specie mul-
tos videmus ita obtuso ingenio, vt nulla arte, studio
aut labore possint ad ea capessenda disponi, que a sū-
mis ph̄is cognoscunt: magis existimandū est angelic-
os intellect⁹, q; in lōge dissimili & nobiliori specie sunt
plurima cognoscere, ad que nullo mō vires i genij nři
se extēdere pñt. Quid aut̄ de intellectu diuino dicēdū?
qui extra oēm speciē extra q; oē gen⁹ etiā sup̄mas intel-
ligētias inaccessibili luce supat in infinitū. **Q**uis.n.
cause per effectus cognoscant: qñ tamen causæ ip̄se su-
is effectibus eminentissime præstant, perfecta causæ

Triumphus Crucis.

cognitio p illos haberi non pōt. Cū igit̄ deus sit pri-
ma omniū causa, suos effectus oēs in immēsum exce-
dēs, quos etiam imperfecte cognoscimus: manifestū
est de ip̄o deo valde modicā & fere nullam virtute lu-
minis naturalis nos habere scientiā. ¶ Deum quoq;
plura posse, ac maiora efficere q̄ nos intelligere valea-
mus, non est demonstratu difficile. Cognitio siquidē
nra incipit a sensu, quæ tñ pficit quātū pōt, p h̄c sen-
sibilia eleuari. Adeo eīn ordini naturaliū rerū necessa-
rio est alligata, vt extra eum ordinem speculari n̄l
queat. Quicqd enim intellectus noster cogitat: p phā-
tasmata naturaliū rerum imaginatur: oportet nāq;
intelligentem phantasmata speculari. Deus autem cū
sit actus purus & esse infinitum, extra omnem ordi-
nem illum esse dubitari nō potest. Cum vero vnum
quodq; agat put̄ est in actu: dicere oportet in deo es-
se potentiam infinitam nulli ordini q̄uis excellentissi-
mo alligatam. Stultū igitur esset assere re n̄l deū pos-
se, qđ nos capere nequeamus: pr̄ assertim cum idz in
ordine vniuersi plurima & pene infinita efficiat no-
bis inscrutabilia: vt saltem illa sunt, quæ in rebus nō
materialibus efficiuntur. ¶ Conuenienter tamen di-
uina bonitas multa diuinorum arcanorum, ad quæ
non attingit humana ratio, manifestauit homini-
bus: ac plura etiam fecit supra reruz naturalium or-
dinem, vt homo, qui ad supercelestē finē erat ordina-
tus ad ipsum sciret ac posset puenire. Ex reuelatione
eīn diuinorū supnaturaliū ip̄m finē & media ad euž
faciētia intellexit: Ex hisq; ampli⁹ suā infirmitatē de-
bilitatēq; cognouit, diuinæ maiestatis abyssum pside-
rās; in cuius reuelatiōis aut enarratiōis vel minimā

Liber Tertius.

partem ne pcul quidē interpositaq; caligine contem= plationis figat aciē, nedū cōprehēdere eam nō possit. quo sit vt pcliuiori humilitate ac reuerētia deum co lat, quāto magis eū sup oīa eminētissimū didicit admirari. In quo maiorem illius cognitionem amplio resq; delectatiōes hausit ex ijs q; multifariā multisq; modis ipsius infinita bonitas hominibus cōmunicāre dignata est. ¶ Irridenda idcirco aut reiscienda nō sunt, quæ christiana religio credenda proponit: quia videlicet intellectus ea capere nequeat. Sed irridendi magis explodēdiq; sunt, q; hac vnica cęcitat; suę ratio ne a fide catholica inspiēter recedūt. Legant prius, & intelligendi nō impugnandi studio nostra reuoluāt: Tunc em̄ cognoscēt nil impossibile, nil sine ratione a nobis esse platum. Sed vt quæ diximus manifesti⁹ ap pareant, iam ad particularia descendamus.
¶ Quæ supra hominis intellectum christiana credit religio.

Cap. II.

¶ Redibiliū ergo qdā ad diuinitatē Christi perti nēt: quædā ad ei⁹ humanitatē. Eorū vero, quæ circa diuinitatē versant, primū est de vnitate. Cōfitemur nāq; vnū esse deū, nec plures admittimus deos. Et hoc est primū nr̄e doctrinę principiū oib⁹ ex pcepto credēdū: a doctis vero nō solū creditū, sed etiā ratione cogēte scitū: vt in primo hui⁹ opis libro satis est dictū. Secūdus aut̄ articulus est de vnitate trinitatis. Hicq; duo articuli, seu duo pricipia ad diuinitatis p̄tinēt essentiā: Alij nō spectat ad p̄pria diuinitatis opa soli deo cōpetētia. Quoq; primū p̄tinet ad ip̄z eē nature: q; afferimus deū oīa creasse. i. ex nihilo ea fecisse. Scdm respicit esse sup̄celestis gratiæ: Credim⁹

Triumphus Crucis.

et deū p supnaturaſia dona rōnaſe creaturā ſanctifiſe
care, vt eam ad ſe trahat. Tertium attinet ad eē glīa
ipsius animæ: Cōfitemur nāq; ſanctificatos i hoc mū
do tandem poſt obitū ad ipsius gloriæ dei fruitionē p-
uenire: in qua ſupernaturali munere glorificantur.
Quartū nobis pmittit ois carniſ reſurrecționē, dū
poſtremo ſperamus reſurrecturos nos omnes, cor-
poraq; noſtra immortaſia & glorioſa cōſecuturos,
¶ At circa Chriſti humanaſatē credimus priο Chri-
ſtū eſſe verū deū & verū hominē, dei & virginis Ma-
riæ filiū: in cuius alio eſt de ſpirituſancto concept⁹,
integritate virginei clauſtri pmanēte. Secūdo cōfite-
mur iſum p nobis paſſum, mortuū & ſepultū. Ter-
tio q; ad inferos dſcēderit ad ſanctorū patrū aias ex
antiquo carcere liberādas, originalis peccati vinculo
iam per iſum ſoluto: q; q; eas in perennem gloriā
pduxeſit. Quarto dicimus eū reſurrexiſſe a mortuis
glorioſum. Quinto iſum ascendiſſe in cælū, ſedereq;
ad dexteram patris. Sexto & ultimo venturū iudica-
re viuos & mortuos, totūq; orbez renouaturū. itaq;
vniuersam fidē in duodecim principijs, q; articulos
vocamus, cōpleteſtimur. Ad ſummā, quęcūq; in cano-
nicis ſacriſq; ſcripturis continentur, & que ſancta ro-
mania ecclīa credendū rite decreuit, vel in posterū de-
cretura eſt, inuiolabiliter credere tenemur. Hoc itaq;
ordine procedentes oſtendemus nihil nos in huius-
modi principijs imposſibile vel irrationabile in me-
dium afferre. ¶ Neq; vero articulus eucharistiq;, qui
diſſicultatis non minus alijs ad credendū habet, a no-
bis ptermiſſus puteſt. Nācū p tale ſacramentū ratio-
nalis creatura ſanctificeſt: ad illum articulum reduci

Liber Tertius.

potest, quo de sanctificatione tractatur, quis & huma
nitatem Christi contineat. De quo in ijs quæ de ceri
monialibus sumus dicturi, cum alijs sacramentis
tractabimus: cum ipsa sacramenta obtineant inter
ceremonialia principatum. Sed quia in primo libro
de primo articulo, id est de unitate dei satis dixim⁹:
in quo pariter excellētissimi philosophi & omnes fe
re homines nobiscum sentiunt, non oportet in eo hic
amplius elaborare.

¶ A Christiana fide de trinitate nihil impossibile, ni
hil irrationabile assuerari. Cap.III.

Quiso igitur primo principio veluti notissi
mo: Secundū, quod omnium difficillimū chris
tianis credendum proponitur, est unitas
trinitatis. Cōfitemur enī tres personas realiter disti
ctas. i. patrem & filiū & spiritū sanctum, esse unū deū.
Quod multi insulte cōsiderantes putāt nos tres deos
vnū charitatis tantū vinculo appellare: vel eo modo
quo multi homines realiter distincti unus populus
nūcupatur. Nos autē dicimus vnum esse deum sim
plicissimum & infinitum: nec aliquid de deo reisci
mus, quod a vera philosophia cōprobatur, quis hūc
esse patrem & filium & spiritū sanctum affirme
mus: Non ut dixit Sabellius, videlicet deū vnam esse
personam, quæ ex diuersis affectibus aliquando pa
tris, aliquando filij, aliquando spiritū sancti nomen
sortiatur: Nec sicut Arrius, qui tres personas posuit
realiter differentes, dum filium minorē posteriorēq;
patre, spiritū sanctū quoq; inferiorē filio sibi p̄funxit.

Triumphus Crucis.

Sed patrē & filiū & spiritūsanctū regia & media via i-
cedentes cōtra Sabellīū tres dicimus esse psonas rea-
liter distinctas: eas tñ cōtra Arriū vnū esse in natura
& potestate & gl̄ia coēquales: ita q̄ quicqd habet pa-
ter, habet & filius & spūssanctus: & quicqd habet fili⁹
habet & pater & spūssanctus: & quicqd habet spūssan-
ctus, habet & pater & filius. Vnū inter eos nō est sicut
in creaturis distinctio, vt aliquid habeat vna psona,
qd̄ alia non habeat: sed solū inter has tres personas
est distinctio relatiua p̄ has duas enūciationes: vide-
licet a quo aliis, & q ab alio. Quicqd em̄ habet pater,
habet & filius: sed in hoc distinguif, q̄ pater hoc ha-
bet a se, id est a nullo. Filius aut̄ illud idē habet a pa-
tre: nec ppter hoc minor est patre, cum nihil minus
habeat a patre. Si r̄ spūssanctus h̄z quicqd pater & fi-
lius: sed in hoc ab eis distinguif: q̄a ab eis illud habet,
ip̄i vero nō id accipiūt ab eo. Nā psonę ad essentiam
diuinam cōpatę sunt vnū: nec ab essentia vllō mō rea-
liter differūt, s̄z rōne tñ. Inuicē aut̄ relatę psonaliter
distinguūtur ppter relatiā oppositionē: & ideo nec
filium patre posteriorē dicim⁹, nec spūssanctū patre
& filio. Relatiua em̄ sunt simul & natura & itelleſtu,
& vnū absq̄ alio nec esse nec intelligi pōt. Non em̄ in
diuinis sicut i humanis paternitas ab eo differt qui
pater est, & filiatio ab eo qui est filius: Sed paternitas
& pater, & filiatio & fili⁹, sunt idem realiter sola rōne
distincta. Neq̄ ppter ea facimus vllā in deo cōposi-
tionē, cū dicimus patrē, filiū, & spiritūsanctū esse idē,
qd̄ essentia est diuina: quia (vt iam dicitū est) personæ
diuine sunt idem qd̄ essentia diuina: nec ab ea essentia
liter distinguunt: hoc igit̄ est, qd̄ a nobis nullo modo

Liber Tertius.

intelligi potest, videlicet, tres psonas esse vnū deum & actū purū simplicissimęq; substatię: & nihilomin⁹ tres illas personas taliter inuicem esse distinctas, vt nec pater sit filius, nec filius pater, nec spūs sanctus aut pater aut filius. Attamen pater est id qđ filius, & filius id quod pater, & spirit⁹ sanct⁹ est id qđ pater & filius. Personaliter em̄ distinguūtur: tñ sunt vna res, vnaq; substantia. Et quia sicut cognoscimus, ita & nominamus: deum autem cognoscimus per creaturas, ideo & a creaturis nomina dei sumimus. In creaturis aut processio vnius viuentis ab alio viuēte in similitudinē eiusdē naturæ & speciei, generatio nominař: & generās dicit pater, generatū aut filius. Idcirco processio vnius psonę ab alia p modū intelleſtus in diuinis dicit generatio: & psona aqua procedit alia, pater: qui autē procedit ab ea, filius nuncipatur. Nō ergo intelligim⁹ in diuinis, quēadmodū in animalibus vel in hominibus esse generationem: sed est in diuinis generatio tota spūalis. Filiūq; procedere p modū intelleſtus, & esse verbū dei patris & eius imaginē sapiētiāq; genitam dicimus. Processio autē spiritus sancti, est a patre & filio p modū amoris. Amor em̄ est aliquorū nexus & vnio. Verū qđ in naturalib⁹ nō inueni⁹ aliqd, qđ æque procedat imēdiata a duobus æqualiter pfectis, sicut procedit spirit⁹ sanctus a patre & filio: idcirco pcessioni spirit⁹ sancti non ita speciale vocabulū sicut pcessioni filij fuit inuētū: sed generaliter ex patre pcedētis pcessio nominař: quia tñ spiritū sanctū procedere dicimus p modū voluntatis seu p modū amoris, eius processio nem a patre principijs spirationē appellamus. Amor

H

Triumphus Crucis.

em̄ quodāmodo impetū quēdā & spiritū in rē ani-
matā p̄tēdit. Ideo specialiter ipsa psona a patre & filio
pcedēs spūssancti nomē sibi vēdicauit: cū tñ & pater
sit spūs & sanctus, sūlīter filius sit spūs & sanct⁹. Vñ
& hēc duo noīa qñ psonę spūssancti attribuūtur, p
vno & hoc relatiō accipiunt̄: quis p se relationē so-
nare nō videan̄. Cū igiū duæ sint tñ pcessiones inte-
riores in natura intellectuali, vna videlicet ex pte in-
tellectus, altera ex pte volūtatis: fides rōnabiliter te-
net. in diuinis tñ dūras esse pcessiones & tres psonas.
De hac ergo sanctissima trinitate plura possemus
afferre: Sed q̄ ad substātiā fidei p̄tinēt scripsimus,
nō oportet vlt̄ri⁹ euagari. Qui aut̄ subtilius talia
inuestigare desiderauerit, cū om̄i sobrietate cordisq;
puritate christianos codices legat, & thesaurū inue-
nit̄ infinitū. Nobis. n. oñdere modo satis est religionē
christianā nil de trinitate rude, nil ipossibile, nil irra-
tionabile demū sentire. Ad cognitionē igitur harum
psonarū p naturalē nequaq; rōnē homo poterit pue-
nire: quia cū cognoscamus deū p creaturas, nō ducis-
mur hoc modo in eius cognitionē, nisi quatenus is
est earū principiū & causa. Nō est autē earū princí-
piū & causa nisi p ipsius virtutē psonis trib⁹ cōem:
Et ideo p creaturas cognitionē cōsequi nō valemus,
nisi eōq; que patri & filio & spiritui sancto sunt cōia.
Quocirca p creaturarū notionē psonarū distinctio
nē attingere neqm⁹. Ad qđ capiēdū licet imbecillitas
hūana nō sufficiat: nō debem⁹ tñ reuelata sacrostā
mysteria nō credere. Ridiculū est em̄ existimare ni-
hil esse verū ppter id qđ intellectus nostri radio metiri
possimus: cum infinita sint in dēo (vt iam diximus)

Liber Tertius.

nobis prorsus abscondita & nequaquam inuestigabilia.
Rationes tamen & argumenta qbus in superiori libra
fidem nostrā verā esse pbauimus, huic articulo fidē
astruūt. Tametsi peculiares quedam pbabiles rōnes
nos qñq adiuuāt. Quarū aliquā adducere non pige
bit: vt appareat nos contra rōnē deo nihil profite
ri: sed quicquid tenem⁹ multū pbabilitatis, rationis
& similitudinis cū rebus naturalib⁹ h̄e. ¶ Cum enī
effectus suā cām imitari coneſt, ex pſideratiōe earum
pcessionū, que ī creaturis inueniunt̄, ad eas q̄ in deo
sunt quodāmodo eleuamur. Multas aut̄ in creatu
ris inuenimus pcessiones: q̄ quanto pfectioris sunt
cōditionis tanto magis pfecte atq̄ intime sunt. In ca
rentibus enī vita generatio quedam inuenīt, vt cum
ignis ab igne pcedit. Hęc aut̄ pcessio suum in agente
principiū h̄z: qđ in materiā exteriorē agit. Vñ minus
pfecta minusq̄ itima reliq̄ est, q̄s dehinc subiunge
mus. In vegetabilib⁹ enī pfectiore illuenies & intrin
secā magis pcessionē: Quia id qđ ḡniāt in plāti⁹ est in
pncipio pducēti cōiuctū, verū ī fine ab eo separat̄. At ī
animalib⁹ est quedā in sensib⁹ pcessio q̄ adhuc magis per
fecta spūalisq̄ & itima ē q̄ plātarū iuicē pcessio: Quia
act⁹ ipsi⁹ sensus remanet in sensu, nec exteri⁹ emanat̄:
Ab extrinseco tñ puenit obiecto: vñ adhuc pfecte in
terna non habetur pcessio. In hoīs autem intellectu
hęc pfectior magisq̄ intima inuenīt: quia actus in
intellectu super seipsum reflectitur. Vñ ex ijs, q̄ iam
senet homo cōtemplari pōt, & verbū mētis intus re
conditū concipere: hincq̄ ī amorē cōcepte rei pruma
pens in seipso psonarum quodammodo effingere trist
tate. i. intellect⁹ & amoris. Verum hęc pcessio intel
H ij

Triumphus Crucis.

lectus nostri icipit a sensu, sicut oīs nostra cognitio,
& ab initio pēdet exteriori. Si aut̄ pertamur ad an-
gelicū intellectū, qui nullā a sensib⁹ sciam capit & na-
turaliter ēā possidet, tū excellētorē atq; interiorē in
eo pcessiōne verbi & amoris cōperiemus. Verū q̄a to-
tus angelus pendet a deo, hinc & ipse quoq; ab extri-
seco est, neq; eius intellectus, nec verbū, nec amor est
ipſi⁹ substātia. Vñ pcessiōes q̄ in angelis inueniūtur,
aliquid īperfettiōis hñt & intimē p̄fus nō sūt. Cū igit̄
videam⁹ q̄ quāto nobiliores sūt creaturæ tāto pces-
siones in eis sunt magis intimæ ac pfectiores: cūq; esse
etis suā cām emuleſ: quid irrōnabile dicimus, qñ in
deo, qui oēs in infinitū creaturas excedit, perfectissi-
mas pcessiones maxieq; intimas ponim⁹? Quæ nec
ab extrinseco pueniūt, nec a dei substātia differunt:
Quasq; oēs creature imitari conant̄, licet lōge ab illa
perfectiōe deficiāt. Quia diuinę psonę a nulla cā depē-
dent, sed sunt vn⁹ de⁹, qui est oīm cā. Et ideo tres pso-
nē extāt vñ in substantia, & relatiōe opposita distin-
guunt̄. Ex pcessiōe eīm vni⁹ ad aliū de necessitate rela-
tiua sequit̄ oppositio & distinctio procedētis ab eo, a
quo pcedit. Qz si realis illic est pcessio, ibidez necesse
est oppositio sit realisq; distinctio. Relationes autem
in diuinis nullā ponūt īperfectionem: cum relatio ex
sua rōne ad aliquid sed non aliquid significet. In hoīe
quoq; q̄ inter oīa naturalia ad dei similitudinē ma-
gis accedit, inueniūt quedā in pte spirituali trinitas, vi-
delicet intellect⁹, verbi & amoris. Dū eīm actu deū in-
telligit, cōcipit de deo verbū, & ex hoc in ei⁹ amore p-
rumpit. Qzq; hæc trinitas a diuina plurimū distat:
Quia cū deus sit imutabilis & ētern⁹ & in eo nil de-

Liber Tertius.

tur imperfecti, nō sūt iū ipso sicut in nobis & amor
accidentia: Neq; mō adueniūt & mō recedūt: sed semp
& ab eterno & amor fuerūt in deo eiusdē cū p̄e
substātie. Hinc tñ apparet q̄ irrationabile nihil deo, q̄
poti⁹ qđ rōni cōsonū est tribuim⁹. ¶ In oībus insup
creaturis multiplex trinitatis vestigiū inuenit, cum
oēs ex p̄cipio, medio & fine compleant: & in cunctis
sit substantia, virtus & opatio, & eiusdē generis alia,
ex quibus quedā resultat trinitatis im̄p̄issio. Cū dicto
p̄ipateticoꝝ princeps Aristoteles suffragari vīdetur:
qui rōne non fide ducit⁹ in principio sui libri de celo
& mūdo numerū ternariū p̄mēdās, oīa(ingt) ex trib⁹
constare videntur: Vbi Pythagoricos affert dicentes
oīa trib⁹ esse determinata, vīc̄ principio, medio & cō
summatione: & hoc quoq; (ait) ad sanctificatiōes deo
rūa natura trāsfertur acceptū. Et in noīationib⁹ du
os nō dicimus oēs: sed cū ad tertiuū p̄ueneris, statim
oēs dicere poteris. Omne aut̄ & totū & p̄fectū idē es
se vident̄. Vñ subinfert corpora p̄fetas esse magnitudi
nes, q̄a trib⁹ cōstāt vīc̄ longitudine, latitudine, & p̄
funditate. Ex quib⁹ p̄spicuū est non improbabile esse
q̄cqd de trinitate diuina credim⁹. Qđ etsi humano
intellectu capi nō pōt: hoc vnū tñ cū religs rōnibus
supradictis declarat h̄mōi fidē nō fuisse hūana inuē
tiōe traditā. Quia cū de deo īscrutabilia p̄ferat, nihil
tñ philosophiæ eiusq; p̄incipijs cōtrarium adducit:
quin potius oīa philosophiæ p̄incipia nobis deser
uiūt, & ad facilē questionū oīm solutionē astipulan
tur. Quod potissimum est veritatis argumentum.
¶ Christianam fidem de creatione nihil impossibile,
nihil irrationabile affirmare.

Cap. IIII.

H iii

Triumphus Crucis.

Consideratis itaq; ijs q; ad Dei maiestatē scdm se pertinet : nūc ea aggrediamur, q; ipsi in ordine ad creaturas cōpetūt: & primo quo ad esse naturale. Credim⁹ tñm deū ex tempore oīa creasse. i. tam visibilia q; inuisibilia ex nihilo in p̄cipio fecisse. Qd non alienum a ratione ac veritate putādum est: cuz omnes confiteantur deum esse primam omniū causam a qua celum naturaq; dependet. Quid aut̄ aliud agit causa efficiens q; q; ad esse suos conducit effect⁹? Cum ergo alicuius actionis principium quanto est perfectius tanto pluribus & remotioribus communiceatur, Deusq; sit actus purus: fateri oportet Dei potentiam se ad esse omnium secundum se extēdere, ab eoq; omnia entia dependere. ¶ Prēterea licet act⁹ sit potentia posterior in re, quæ de potentia ad actus reducitur: samen actus semper est absolute prior potētia: Non enim potest potentia redigi in actus nisi per aliquid in actu existens. Cum ergo solus de⁹ sit esse suū & actus purus (vt in primo libro p̄batū est) oīa ipse antecedat oportet, ab ipsoq; oīa fiant. ¶ Ab eo vero oīa ex nihilo esse facta. i. nullo p̄supposito vñ nulla fiacente materia, conuenientissimū est fateri. Particularia enim agentia tā naturalia q; artificialia materia p̄supponūt, & ex illa aliqd p̄ducunt: quia tota rei substātia ab eis mīme depēdet: Nō em̄ esse simpl̄r s̄ esse hoc tribuūt. Verū de⁹, q; est cā vniuersalissima dat esse simpl̄r, q; ei rñdet vniuersalissimus effect⁹: qui est esse simpl̄r. Et id nil esse pōt, qd a deo non emauerit. Nihil ergo in actione dei p̄supponere oportet. Siqd enim cōcederet, aut id haberet esse a deo, aut non. Si sumat negatio, sequit̄, deum non esse cām oīm

Liber Tertius.

efficientē: qđ superius redargutū est. Si autē p̄beatur affirmatio: aut ex nihilo, aut ex aliquo illud p̄ductū fuit a deo. Si ex nihilo, habetur propositū: Si ex aliquo, querit de illo alio vnde hoc pdijt, & vtrū habeat esse a deo, an non: & sic ad eandem regredemur questionē. Itaq; vel pcessus erit in infinitū, qđ est absurdū: aut merito concedendū erit qđ ex nihilo deus res in esse produixerit. ¶ Quia vero deus non ex necessitate naturę, sed ex voluntate agit (vt superius demonstrauimus) haud necesse est ab æterno mundum a deo fuisse creatum: sed eo tempore, quod sapientissime ipsius dispositioni visum est aptissimū. Atq; id conuenies & utile etiā aliqua ratione probari potest: salvo semper inscrutabilis illius maiestatis occulto consilio. Omnia siquidē propter electorū suorum fecit utilitatem ac bonū: quod maxime in ipsius dei cognitione consistit. Ex quo igitur mūdū nō creauit ab æterno, perfectior eius resultat cognitio: dum ex hoc percipitur eundem esse ita perfectū, vt sibi plenissime sufficiens nulla indigeat creatura. Si enim esset alicuius exterius rei indigens, nō distulisset ab infinito tempore eam creare. Et hęc de rerū creatione sufficientia: quia ab alijs diffusius tractata sunt, querentibus inuentu minime difficultia. Rationes autem, quibus Aristoteles ac pleriq; philosophorum æternitatem mūdi probare conantur, a Theologis nostris facile solvuntur, vt cuilibet patet vel mediocriter in his eruditio.

¶ Christianam fidem de creature rationalis sanctificatione, deq; eius gloria & resurrectione nihil impossibile, nihil irrationabile attestari.

Cap.V.

H iiiij

Triumphus Crucis.

DE sanctificatione sūs creaturē per sup̄celestē gratiē donū arbitror nō oportere nos alia dicere pr̄ter superius dicta de fine humānē vitē medioq; ad ipsum perueniēdi. Ostēsum est em̄ hominē ad finē supernaturālē esse ordinatū, quē nō nisi p̄ sup̄celestē mediū, hoc est p̄ diuinā gratiā cōseq̄ potest. Quā deus, qui necessaria oīb̄ subministrat nemini subtrahit rite se p̄parāti. ¶ De nostrę quoq; aīg gloria satis dictū videt cū in visione solū diuinæ essentiæ p̄ illustrationē elevationēq; luminis gloriæ tā beari pbauerim⁹. Quapropter ex p̄dictis facile in telliger e possum⁹ xp̄ianos circa hm̄oi res nihil lanis̄ter aut temere, qn̄mo rōnabilit̄ ac grauit̄ pfiteri. ¶ De resurrectionē quoq; mortuoq; nihil rōni disso- nū asserim⁹. Qūis em̄ natura fieri nō possit vt idē nūero corruptū resurgat aut regeneret, eo q̄ natura est ad vnu opandi modū determinata, & aliter se h̄re nō pōt: tñ cū iā pbatū sit diuinā vtutē eē ifinitā & huic req; ordini, quē cernim⁹, minime alligatā, s̄ i numera alia facere posse: Mortuoq; suscitatio vt pfa cilis, nō vt impossibilis ip̄i deo ē tribuēda. Nā si is ex nihilo cūcta pduxit, qd̄ agētia naturalia facere neq; unt: multo magis ex aliquo aliqd facere, ac defunctis vitā reddere poterit. Neq; em̄ sic moriē hō, vt inni- hilū p̄sus abeat sup̄stite adhuc aīa: que (vt i p̄mo libro oīdim⁹) imortalis ē. Tū etiā ipsa corporis ma- teria p̄ma incorruptibilis supeſt. Q; si vel in nihilū hō vertaſ ſūm⁹ ille opifex rerū depditū & nullū oīno hominē ea facilitate restaurare posset q̄ anteq; effere cūcta creauit. ¶ Itaq; qd̄ de resurrectionē mortuoq; te- nem⁹, nequaq; ip̄ossible aut inconueniēs, sed rōnabis

Liber Tertius.

le & expediēs necessariūq; videbis recte cōsiderāti. Si em̄ aīa itellektua est corporis forma, eadēq; imorta lis exstā, vt supra dixim⁹: erit p̄tra aīe naturā a corpore separi, atq; sine eo permanere. Nihil aut̄ p̄tra na turā pōt eē ppetuū: quia diuinę sapientię nō puenit. Ergo iterū redibit ad corp⁹. Aīa īsp̄ nō h̄z esse p̄fe ctū sine corpe. Oē aut̄ ip̄fetū suā desiderat p̄fectionē. Si ergo aīa nīra a corpe sepata regressu ad illā careat, nūq; verę integręq; beatitudinis cōpos erit, hoc desiderio semp̄ accēsa . Qd̄ ab ea remoueri nō pōt cū sit ei naturale. Hoc aut̄ incōueniēs est, q̄a sup̄ma beatitudo oē explet vndiq; desideriū. Rōnabile est ergo cō fiteri resurrectionē mortuor̄. Illi p̄terea beatitudo debet, q̄ recte viuit. In hac aut̄vita nō aīa recte viuit sed hō . Idē est em̄ siq; animā dicat recte viuere aut̄ intelligere, ac si nere vel texere, aut̄ simile q̄ppiā eā facere putet. Nihil aut̄ illi tale tribuim⁹, s̄ hoi. Actiones em̄ sunt suppositoq;: Et forma est, id quo aliqd fit, nō id qd̄ facit illā. Si ergo hoī debet beatitudo, necessaria est corporē resurrectio. Ad diuinā itē pui dētiā p̄tinet, q̄ bonis simia, reisq; supplicia equa lāce disp̄set, vt hoīb⁹ ex corpe aīaq; p̄positis, cōiūctimq; merētib⁹ aut̄ demerētib⁹ iusta simul reddant: p̄ser tū cū boni ī hac vita, quo ad corp⁹ attinet, plurimū mācerent & affligant: mali aut̄ p̄tra delicijs & voluptati b⁹ affluāt, h̄ualeāt, & extollant. Cū itaq; apud deū q̄ exactissimā h̄z oīz puidētiā, nullū malū ipunitū, nul lūq; bonū sit irremuneratū, cōueniēs ē ac necessariū resurrectionē corporē p̄fiteri, vt vnuq; q̄s cū corpe re c̄piat, òlia cū eo simul admisit. Immortales insu per resurrecturos hoīes credere equū est. Si. n. iterū

H v

Triumphus Crucis.

illis moriēdū esset: ppter rōnes fidic̄as resurrectionē
nē s̄epius repeti oporteret: In qua si rursus corpora
mortalia sumerent, post mortē ob easdē rōnes opor-
teret aliā dare resurrectionē. Aut ergo cogemur fa-
seri sine fine hoīes mori ac resurgere: qđ ē absurdū:
Aut afferere aīas hoīm ad imortalia corpora in pma
resurrectione redire, vt hoīs beatitudini iuiolabilis
corpos: perēntias tribuaſ: qđ est rōni maxie psonū.
TQuia nō materia formę pportiōabilit̄ rñdere dī:
cū aīa beata glorię lumine sit pfusa & supnaturalib⁹
ornata qualitatibus pfectionibusq; referta, indignū
foret vt hmōi aīa ignobili regmine vtereſ. Ideo p dei
virtutē aīę gloria redūdabit in corpus, vt fulgeat si-
cū sol in regno dei, & pr̄sus obœdiēs aīę factū mira
agilitate feraſ: nihilq; desit qn hō sit oī ex pte pfect⁹.
TQm̄ insup̄ oīa corpora ppter hominē facta sunt
(nos em̄ sum⁹ oīm naturaliū finis) pueniētissime dī
q; foto hoīe glorificato mūdus hic pariter glorifica-
bitur, nouāq; pfectiōis illustrationē accipiet, vt ea q
sunt ad finē ipsi pueniāt. **E**t qa hō nullis tūc alimē
tis nullisq; corporis necessitatib⁹ erit obnoxius, rōna-
biliter cōcedim⁹ motū celi tūc quieturū. Cetera vero
aīalia vegetabilia ac mixta resoluenſ in elemēta, & p
ignis incendiū, q summe est actiu⁹, depurata nouas
induēt qualitates, glorioſaq; claritate ac virtute irra-
diata pſſent. Atq; ita beati cū dño semp erimus.

Christianam religionem pœnas damnatorum
conuenienter ponere. Cap. VI.

Quemadmodum ergo beatis locus celi compe-
tit glorioſus: Ita & damnatis longe a deo ſe-
motis locus mūdi exiguit inſimus, vt ſub-

Liber Tertius.

terraneo opacoq; carcere ppetuas luāt suoq; scelerū pœnas. Nec iniustū videri d; ppetuis illos cruciari tormētis. Nā sicut hūana iustitia ad hūanā rēp. sele h; ita se h; dīna iustitia ad cēlestē. sed hūana iustitia aliq; delinquētes vel exilio vel necis aliq; genere a per petuo reip. cōmercio abscondit: ita & diuina iustitia a cōione cēlesti aliquos reiçit in ppetuū, nō tā ppter trāsitoriū pēñ, q; ob infinitā volūfatis spœnitudinē & i ip̄o criminie puicaciā. ¶ Rōnabile em̄ est vt q; delectatiōis tpa ac portionē eternæ glorię fruitioni p̄tule rit, q; (si mō cōcessū eis fuisset) in voluptatū sordib⁹ usqueq; p̄stitissent; ppetuo puniāt, vt pœna ip̄i cui p̄e r̄ndeat: p̄serti cū hō extra p̄ntis vitę statū quodam mō sit i sui mot⁹ termino: nec ampli⁹, q; in vita cōcedit, adsit ei facultas finē ultimum p̄sequēdi. Quia igit̄ hoīes i resurrectiōe ad statū termini, nō aut̄ viç trās ferent; iniusti ibūt in suppliciū eternū, & iusti in vitā eternā. Et qa(vt dictū est) nō aīa solū s; hō ip̄e opera tur: qd̄ beatis asseruimus i remunerationē toti⁹ aggregati cōuenire, idē dānatis in retributionē pœnę resultabit: vt sociū habeāt dānatiōis, qd̄ p̄ incēdio habuerūt errorisq; fomēto. Quis aut̄ apud inferos p̄ter ignē alia quoq; pœnarū ḡna ponam⁹: qa tñ inter oīa corpora ignis est maxime actiuus, eius pœna sola tanq; principalissima nominatur. Sciendum est aut̄ sem q; damnatorum corpora q;uis glorioſa non sine haud ita tamē ab igne corporeo afficiētur, vt corrutioni transmutationiq; subiaceant. Diuina namq; virtute ita firma illorum corpora solidaq; reddentur animarum nexibus quo ad esse natura, vt minime dissolui aut alterari queāt. Sed qa pditoq; anīng

Triumphus Crucis.

Pobliquā volūtatē a suo p̄ditore auersē sūt, corp⁹ nō oīno sibi subiectū possidebunt: ideoq; igni corporeo cruciabunt, quatenus ignis q̄litas, ppter sui excellētiā eq̄ilitati cōplexiōis & cōnaturali harmoniē sensuū repugnabit, et si eā soluere nō valebit. ¶ Nō tñ eomō spūales creaturæ, quas dæmonia nūcupam⁹, ab igne patien⁹. Sed p alligatiōis modū, veluti supiorū dæmo nū ptate iſeriores spūs p incātatiōes & maleficia sculpturis aut imaginibus corporeis alligari dicunt. Si hāc em̄ ptatē supiores dæmones in minores exercent, q̄to magis de⁹ oēs igni corporeo poterit alligare: q̄ res pœnā inferret maximā, vbi se reb⁹ infimis p̄ter ipsoꝝ naturā reuinctos cōspiciāt. Et forte ignis ille tanq; diuinę iustitię iſtrumētū aliquo modo eos torquebit: quem nos modo inuestigare non possumus.

Christianā religionē de Christi īcarnatiōe nihil im possibile, nihil idecēs aut irrōnabile sentire. Cap. VII.

Credit etiā christiana religio & inuiolabiliter tenet deū filiū dei eē hoīem, eiusq; psonā subsistere in diuabus naturis diuina. s. & humana. Tālis em̄ tātaq; vtriusq; naturæ in illi⁹ psona facta est vniō, vt idē sit deus & hō. Huic autē vniōni assimilari nihil pōt in reb⁹ creatis. Nō em̄ est sicut lapillorū aggregatio atq; cōpactiō: ita em̄ deus hō nō esset: nec se habet sicut vniō ptiū ad ipsum totū: cū totū ex pti bus pēdeat, Christus autē deus non pēdet ab aliquo. Nec sicut vniō accidentis ad subiectū: cū in deo accidēs esse nō possit. Nec sicut vniō elemētōq; in mixto: q̄a hoc est a diuinitate alienuz. Nec sicut vniō aīc ad corpus: q̄a diuinitas eē corporis forma nō pōt. Nec sicut vniō aliq; in creaturis repta: q̄a diuina hāc admi-

Liber Tertius.

rabilis vno oem excellit creaturet uterque. Nam cu in q: libet pfecta substacia natura iuuenia atq: suppositu, q: in reb: pserit naturalib: idem prsus no sunt: sed nihilomin tradit fides huanam naturam ppriu i Christo suppositu siue psonam ppriaz non hre: quae ex se s: habuisset, si no eet xpo dei vniuersitatis: Sed p illo supposito diuinu suppositu in illa subsistere: dum psona filij Dei naturam hanc in pmo sue creatiois instati ut in ea subsisteret sibi ipsum vniuersitatem occupauit. Suppositu autem subsistens in natura huanam est homo, & in natura diuina est deus. Cu igit psona seu suppositu filij dei i vtraq: natura subsistat, deus est deus & homo. Hoc autem nec impossibile est nec irrationabile. Deo siquidem oia potest, q: contradictionis uenit no implicatur. In uicem namque ptradictoria ratione entis hre no pertinet. Deum autem esse hominem modo pdicto contradictionem no implicat, ut de se per. Non enim diuinitatis maiestas propter hoc aliquam recipit mutationem: sed natura huanam trahit & extollit ad excellentissimam vniunionem ex infinita dei potentia, q: multo plus persistare potest q: nullus possit intellectus cogitatio pplete. ¶ Rationabile quod pueri est videbis recte consideranti: quia ex hac diuini xpi incarnatione inumerabilia bona vniuerso orbi teste experientia pueruntur. Nam post ipsius Christi aduentum pulsis fugatisque erroribus sol mundo nouo apparuit. Et quia difficile imo impossibile foret cuncta inde pfecta beneficia recevere, principalia quaedam recolemus, ut ratione eius incarnationis & convenientiam afferamus. ¶ Primus siquidem homini ad beatitudinem tendenti tanta diuini verbi dignatio efficacissimum fuit auxiliu. Quia sicut iam supra ostendimus, hominis beatitudo in diuinae essentiae visione consistit. Poterat autem hoc imensa dei subs-

Triumphus Crucis.

limitate cōsiderata iuxta hūani tenuitatē intellectus
hoīem tanq ab impossibili deterrere. Ideo sibi conue-
niēter naturā vniuit hūanā: vt mortalibus argumē-
tū daref, vniōne intellectus nři cū deo non impossib-
lē esse. Maior siquidē est ad diuinā psonā humanę na-
ture cōiunctio, q̄ ipsius intellectus ad deum tanq ad
obiectū. Hinc post Christi hūanationē euidēti⁹ cōce-
hoīes emergere, & intētius verę beatitudini aspirare.
CEx Christi quoq̄ incarnatione nature suę excellen-
tiam homo cognouit: intellectusq̄ vt infra deum nul-
la sibi creatura sit finis, nihilq̄ quo ad hoc ipm excel-
lat nisi solus deus: qui factus hō naturaz immediata-
ce assumpsit humanā. Iccirco post tāti munēris p̄ces-
ptionem idoloq̄ & omniū creaturarū isra deū cultū
neglecto reliqui⁹ diuitiisq̄ & honoribus ac hui⁹ sc̄i
voluptatibus spretis ad solū verum deū colēdum se-
se mortales dedicarunt. **C**ū nostra itē beatitudo in
dei visione p̄sistat, q̄ nři facultatē intellectus excedit,
nō poterat certa cognitio aut spes beatitudinis hui⁹
p̄ solū rōnis lumen haberi: quēadmodū excellentissi-
moq̄ philosophoq̄, qui in ea iuestigāda defecerūt, la-
bor ostēdit: Cōueniēter igit de⁹, q̄ peculiarē hoīm p-
uidētiā h̄z, carnē assumpsit, vt nos eiusmodi tam ne-
cessarię cognitionis ac spei redderet certiores: Deo em̄
omnes sine dubio credūt. Ex quo videmus post adū-
tem q̄ antea pcessisse. **P**räterea hoīem materiali ac
carnali compede vinctū ad illius beatitudinis amo-
rem succendi oporebat: ad quod humanatio salua-
toris nostri potissimū fuit incitamentū: cū nihil nos
eque sicut illius amor obstringat, vt amoris vices re-

Liber Tertius.

pendamus. Nullo aut modo suā erga nos charitatē q̄ p̄ hoc ineffabile suę incarnationis & maxime pietatis sacramētū poterat efficaci⁹ apire. Propterea q̄ in gens vtilitas hinc in mundo apparuit: dum homines vidimus ardenteri dehinc diuinarum rerū studio inflammatos familiaritatem amicitiamq; (vt ita dixerim) cum deo ac eius angelis contraxisse. ¶ Ad hęc cū ad beatitudinē tēdētibus mediorū certitudo ad eā ducētiū requiraf, p̄ ipsam filij dei incarnationē tale beneficiū cumulatissime est allatū. Qđ qđe hoc argumēto potissimū constat: quia s. dehinc mūdus multo magis q̄ antea virtutibus floruit incōparabilisq; vitę culmē adeptus est. Postq; em̄ deus homo est factus, verbo & exēplo nos corā instruēs, dubitare potuit nemo, quin illius semita ea ipsa esset, quæ nos rectissime ac certissime ad beatitudinem ducat. Ecce igit̄ q̄ nihil impossibile aut irrationabile de humānati verbi mysterio fides catholica assuerat.

¶ Christi nativitatē ex ḥgine, nec īpossiblē, nec īrrationabilē: ei⁹ aut vitā pueniētissimā fuisse. Ca. VIII.

His igitur demonstratis nō erit iā difficile aliorum articulorū possibilitatē ac conuenientiā declarare. Si em̄ potuit deus homo fieri, ip̄m quoq; fieri filium hominis impossibile nō erit, vt sc̄ virginis filius iuxta catholicā assertionē vere credat. Nam cum generatio sit suppositi non natura (nō enim natura humana, sed suppositum quod in ipsa subsistit generatur) cūq; in natura humana diuinū suppositū subsistat & vere sit homo: nō erit impossibile eū a muliere nasci: nō ea ratiōe, qua est diuinū suppositū, sed qua rōne est in natura hūana a mulie-

Triumphus Crucis.

resumpta subsistēs. Qui sūt & alio mō q̄ ex mulie
bri cōceptu carnē humanā assumere deus valuisset,
vt si ex terra corpus hoīs illico pduxisset, pueniēti⁹
tñ ac magis expediēs fuit, vt carnē assumēs ex mu-
liere nascere: quia ad hūilitatē & charitatē pp̄fessus
nos iuitat, qn̄ nō dēdignat⁹ est oīm parēs i terra ha-
bere parētē, n̄q̄p ifermītatis subire dispēdia, & q̄ v̄l-
las p̄f̄s nescit angustias, virginalis vteri claustra
more alioz̄ hoīm mēles nouē pferre: cæteraq̄p vltro
laboriosē ac mēdicē vītē incōmoda sustinere, parētū
q̄ & cōsanguineoz̄ ac p̄tīc̄ h̄rē necessitudinē ¶ Fuit
quoq̄ pueniētissimū ip̄i ñbo dei vt ex icorrupta vir-
gine nascere: Vt q̄ h̄z i celis patrē sine corruptiōe &
sine matre: haberet q̄q̄ i terris sine labe ac sine patre
integerimā matrē. ¶ Qd̄ si cuipiā ip̄ossible forsan
naturaliter vide, virgineū florē p̄ceptiōe & partu nō
violari: diuinę rō potētię oīs itellect⁹ captū sine fine
excedēs facilitatē oñdit. Quę etiā cognitū nō est diffi-
ciliſ. Videm⁹ em̄ i naturalib⁹ vitā h̄ntib⁹ ip̄fectā, vt i
plātis, agēs & patiēs in ḡnatiōe nō distigui, s̄ i eodē
actiuā ee ñtufē atq̄ passiuā. In eis aut̄ q̄ vitā sortiū
tur p̄fectā ppter p̄fectiore ḡnatiōe agens ac patiēs
distigūt. Et ideo ad organa corporis iformāda fœmia
vt agēs nō exigit: sed masculus i quo ñt⁹ est actiuā.
Alioqñ nō oportebat i aialiū ḡnatiōe duo p̄currere,
niſi vni virt⁹ actiuā & alteri passiuā fuisset a natu-
ra distributa. Lic̄ ergo aliq̄ ñt⁹ actiuā i p̄parāda ad
geniturā materia fœminę possit ascribi, in q̄ bona vē
tris regrif̄ dispositio q̄ formētū p̄beat pl̄i: in ea tñ nō
est virtus actiuā ac formatiuā p̄cept⁹: sed i p̄o tātū
semine maris, qd̄ nō materia humani corporis, s̄ solū

Liber Tertius.

principium est actiuū. Nec tñ ad cōcipiēdū fœtum oportet, vt quāeadmodū semen viri est actiuū principiū, ita & semen mulieris necessario adsit. vt principiū passiuū: nā experīētia cōpertū est plures mulieres absq; sui seminis interuētu fœcūdari. dicēdū est itaq; menstruū in eis sanguinē seminis loco haberis. Quia em̄ calor virtuti generatiue deseruiēs p̄ virili calore in fœminis diminut⁹ est: nō in ipsis fœminis sicut i maribus alimēti supfluū ita digeri pōt: qua propter tāq; deficiēs a cōpleta seminis digestione remanet sub forma sanguinis: Qui talis absolute nō est, qualis p̄ actū virtutis nutritiue generaſ ex cibos. Sed qđ residuū est ab ultima digestione nutrimēti i fœminis virtute gñatiue potentie ministrat & pp̄rat, vt debita sit materia corporis hūani. Quia ergo deus infinita sua virtute imediate p̄ seipm pducere pōt, qđ alias p̄ agētia naturalia efficit, cū ēt possit creare: quid mirū si eiusmodi xtute ex purissimo virginis sanguine corp⁹ Christi formauit virilis seminis virtutē spū sc̄tō supplēte: atq; hoc pacto beatissima virgo idoneę iā etatis ceterarū more mulieruz purissimū sanguinē absq; vlo virili p̄cubitu subministrarit: Sed forte nō min⁹ difficile videat φ ex inviolato virginis vtero Christi corp⁹ iā formatū p̄dierit: Sic. n. rō dictat duo sūl corpa fuisse. Ad qđ r̄n demus φ quis duo sūl corpe i eodē loco naturaliter ēē nō possint: tñ nulla p̄tradictiōis obstat iplicatio, qn a deo id fieri possit. Si. n. p̄ corpus itelligerem⁹ spaſiū, qđ antiqui locū vocabāt, trina vēz dimēsiōe cōtētū, hoc est lōgitudine, latitudine, & pfunditate p̄ se subsistētē, cuiusmōi est corp⁹ i p̄dicamēto q̄titatis:

I

Triumphus Crucis.

impossibile forsan videri posset duo simul cōno corpora esse : quia si tales dimēsiones darent a materia separatē, nō possent alio mō q̄ p̄ sitū distingui. Si ergo due vel plures essent i eodē sitū, seq̄ref p̄tradictio, vt s̄plures & nō plures eqdē essent . Sed cū q̄titas non sepef a materia substātiali, q̄ est p̄priū ei⁹ subiectū posito q̄ duo corpa i eodē sint loco, & eoꝝ q̄titates i eodē sitū : nō resultat aliq̄ p̄tradictio: quia lic̄ illoꝝ corpora q̄titates ex sitū ipso nō distinguiantur, remanet tñ distictio iter eas ex subiecto: quia singulē disti Etis materieb⁹ inhēret . Nō est ergo impossible virginalē aluū in ortu Christi clausam p̄stitisse . ¶ Et q̄a Christus venit i hūc mūdū vt vitē nobis p̄beret exēplū, beatitudinisq̄ viā ostēderet: fuit cōueniēs eū cū hoībus cōuersari, nec solitariā vitā duceret: vt p̄ ipsi us p̄dicationē ac vitā ad deū haberemus accessum . ¶ Itē q̄a rōnabile est vt q̄ cū hoībus conuersat, se eis in cōversatione vitæ cōformet: q̄equū fuit, vt austereitate vitē seposita mediocritatē cibi potusq̄ ac industrēti & domesticq̄ cōsuetudinis Christus obseruaret pro ratione cōditionis quā in mūdo, dum vitā hanc mortalē degeret, assumpserat: iuxta s̄. patriæ suę mom̄, populiq̄ ubi & nasci & cōuersari dignatus est . Non enim cibi potusq̄ abstinentia ad vitæ p̄fectionē p̄ se attinet: Sed sinceritas mentis ardēt̄s charitas, immotusq̄ & infractus tā in secūdis rebus q̄ in aduersis animus, vt nec illuz̄ gloria extollat aut copia, nec calamitas deprimat & egestas . ¶ Fuit tñ cōgruū vt pauperē sibi vitā deligeret. Oportet n. diuinę p̄ditatis virtutūq̄ c̄lestiū p̄cones & assertores, eē a curis secularibus expeditos, & ab oī suspicione cupiditatis alis

Liber Tertius.

nos: Qđ maxime Christo cōpetebat. Qui insug vt dī uinitatē suā palā faceret, iſſirma & ſtulta elegit, vt huſ ius mūdi potētes sapientes p̄funderet, & vt totius orbis transformatio nō potestati vel sapiētię huma- ne, ſed diuinitatis eius maiestati aſcriberet. Propter ea miraculorum neceſſaria demōſtratio fuit ad ostē dendum diuinitatem in illo corporaliter (vt ait apoſtolus) inhabitantem. Deniq; omnia illius dicta ac geſta ſi religioſe, ſobrie, pieq; conſideren̄, mirabili or- dine & inenarrabili ratione tradita comperientur.

¶ Quæ de originali peccato christiana religio aſſerit nec imposſibilia eſſe nec ratione carentia.

Cap. IX.

VT aut̄ melius & q̄ dicta a nobis ſunt, & q̄ diſturi ſum⁹ intelligent̄, oportet aliqua de ori- ginali peccato traſtare: Cui⁹ labe oē gen⁹ hu- manū eſſe vitiatū orthodoxa vbiq; p̄dicat fides. Supe- rius igitur demonſtratū eſt mundū & quicq; in eo cōtinetur non ab æterno ſed in tempore beneplacito certa rōne a deo fuifſe creatum. In quo hoiem veluti partē mundi corporei principalem tū creauit. Et qa- ia hois intellectua eſt imortalis & nobilissima: co- pus illi imortale ac ſubiectū minimeq; repugnās cōuenire videbat: Dignū. n. eſt formā atq; materiā mi- tuā habere pportionē, formaeq; materiā ſubiici, infe-rioriq; nature dñari ſupiorē: Sz qa ois aīe intellecti- uę cognitio naturaliter pēdet a ſensib⁹, qui non niſt in corpore ex elemētis cōpoſito carneoq; ac corrupti- bili eſſe poſſunt, neceſſe fuit hmoi corpus aīe pcessuq; ſicut corruptibile ita. & rōni eſſe repugnās. Verum quia diuina prouidentia in neceſſarijs nemini deſt, haud abſq; ratione credimus & cōfitemur q̄ Deus,

I ij

Triumphus Crucis.

qui spiritualē & corporeā naturā ea lege coniunxit,
vt superior inferiori dñaref: siqd ipedimenti ex defectu
naturę contingere, id supernaturali bñficio tolleret.
Quia ergo corporis dissolutio & partis sensibilis re-
pugnantia vniuersę naturę humanae pueniebat: cō-
petēs fuit vt originalis iustitia. i. impossibilitas cor-
poris sensibilisq; partis subiectio ad rationē totiusq;
corporis ad aīam, vniuersę naturę humanae supcāle
sti gratuitoq; dono cōferref. Rationabiliter ergo di-
cimus ptoparenti, quem ab initio deus plasmavit,
munus hoc fuisse collatum: vt p ipsum in oē futu-
rum genus inde propagaretur. ¶ Verū qa hō liberi
arbitrij fact⁹ est, legibusq; diuinis subiaci debet: par-
etiā fuit, vt si auersa rōne a deo delinqueret, inferio-
res quoq; aīa p̄es auerterent ab eo, illiq; repugna-
rent, eiusq; corpus pristinū in cinerē resolueref. Nā
per q quis peccat, p eadē merito torquef. Hanc ergo
iustitię originalis supnaturalisq; doni priuationem
vocamus originale p̄fīm, in oēm posteritatē a p-
toparente illo deriuatum. Oēs em̄ hoīes ab illo gñā
ti iustitia carent originali: quæ ad eos puenisset, nīl
hō ille protoplastus ppria eā culpa amississet. ¶ Neq;
hoc a ratione alienum cuipiā videri dī. Nā hui⁹ pec-
cati signa quædam in humano genere apparēt. Cum
enī humanarū actionū sic curā deus gerat vt bonis
operib⁹ p̄miū, malis pœnā retribuat, ex illata pœna
præcessio culpe significatur. Diuersis autem afflictio-
nibus tam spiritualibus q; corporeis humanum gē
nus affici, v̄c algore, estu, vigilia, fame ac siti, varijs
q; morborum & calamitatum pressuris, ac deniq; in-
euitabili morte. Quo autē ad spiritualē p̄tem, debi-

Liber Tertius.

litatē patif rōnis liberiq; arbitrii, atq; repugnātiām
carnis maximā: Ex qbus hō facile multis erroribus
quotidie irretiſ. Et quis hmōi defect⁹ ex cōsequentia
necessitateq; materię naturales videan⁹: Dei sū pui-
dentia & bonitate rite(vt p̄dixim⁹)cōsiderata pbabi-
liter psuademur deū illis defectib⁹ subsidiū fuisse la-
turū, nisi hō ipse offensione aliqua obſtitisset. Vñ nō
iniuria, dū imēsam diuīng maiestatis bonitatē largi-
tateq; pēsam⁹: fatemur hos defect⁹ in pœnā p̄cti pro
toparentis toti⁹ humānę naturę vicē gerētis puenis-
se. ¶ Nō ab re igit dicim⁹ hois primi p̄cti & psona-
le & cōe fuisse. Personale qdē, qa ipm suo bono priua-
uit: Cōmune vero qa illi eiusq; posteris beneficium
abſtulit vniuersę humānę naturę collatū. Hmōi ḥo
defect⁹ ex priuatiōe aut subtractiōe iustitię originā-
lis in alijs hoibus pcedētes, si ad eorū voluntatē refe-
rant, rōnē culpę non hfit: Sed ad volūtatem primi⁹
hois affensū relati reatu nō carēt: put oēs hoies par-
ticipatione humānę naturę vt vnuis hō cōputātur:
Cuius caput ptoparens ille fuit, qui cæteros omnes
ppagauit, atq; in hoc p̄cti quodāmodo introduxit.
Quēadmodū c̄m manus actio ab inordinata mouē-
tis volūtate rōnē suscipit culpę: sic ex volūtate primi
parētis p̄cti hoc in eius posteritatis mēbris est vo-
lūtarīū. Alioquin remota relatione ad voluntatē pri-
mi genitoris delinquentis, nullū foret originale nec-
catū, hominesq; absq; vlla iustitię originalis p̄uatio-
ne generarent. Sed cū in puris essent naturalibus or-
ti, cūq; domesticis infirmitatibus pcreati: nullū pos-
set in eis inueniri originale p̄cti. Quēadmodū i ope-
rationibus manuū ac pedū aliorumq; corporis hu-

Triumphus Crucis.

mani mēbroꝝ nulla pōt iueniri rō culpe nisi p̄cesserit imperās mala in hoīe voluntas. ¶ Sigs aut̄ obij̄ ciat iniustū videri, cū hoc p̄clm̄ a voluntate nascētiū post primū hoīem nō pueniat, vnius culpā in alioꝝ oīm p̄œnā insontiū redūdare: sed æquū putari vt ille admissi criminis p̄œnas luat, cæteri vero vt inoceſtes eximant̄, ne aī dānatī q̄ nati aliena sint culpa: Rū demus q̄ h̄ec punitio solā iustitię originalis gratięq; respicit priuationē: Quę humanę naturę non debet ex debito: sed eidē fuit ex diuina liberalitate concessa. Quis em̄ nulli deus creature sit obligat̄, aliqua tam̄ ita ab eo sunt instituta, vt illis naturaliter alia quedā debeantur: Nā homini debet intellectus, debentur & mēbra, ac reliqua, sine quib⁹ vel non esset, vel a sua naturali pfectiōe deficeret. At originali iustitia & gratia nō ullo nature merito aut obligatiōe, sed ex mera & supabundāti liberalitate p̄fuebat. Qui aut̄ aliqua ex mera sua liberalitate impēdit, ea pōt qñ & quolibet impertiri. Dedit igitur deus p̄rī hoī ea legē, qua dictū est, iustitiā originalē, v̄c̄ vt si non peccaret, eam sibi suisq; posteris conseruaret: si aut̄ delinq̄ret, ea ipse ac posteri priuaren̄. Tunc enim prim⁹ hoī humanam naturā vniuersam includebat: Quocirca non ipsi soli, sed toti nature humanae in ipso tradidum est hoc p̄ceptum: Cui etiā in eodē originalis iustitię fuerat facta collatio. Nemo igitur deinceps iuste conqueri potest q̄ ea propter ipsi⁹ primi hoīs inobedientiam sit priuatus: Quēadmodū etiā, si ab initio talis iustitia non fuisset ei concessa, nulla fuisset querelæ occasio: cum non ex debito naturæ, sed liberalitate diuina cōcederet. Non ergo propter demerit-

Liber Tertius.

tū Adē aliquā maculā vel infectionē ppricē soboles in currit: Sed dū in puris naturalib⁹ munere priuata originalis iustitię orif, dicis in peccato nasci: qđ non dicereſ si illa iustitia nūq̄ esſet homini collata . Non pōt ergo pqueri hō ſi iſuī pceptione illā donū nō ac cepit, qđ ei ex natura nō debet: Sicut nec pōt aliq̄s cō queri, q̄a nō fuit i vētre sanctificat⁹, nec beat⁹ initio creatus fit. Quia ḥo ſupius dictū est hoīem ad finē ſupnaturale ordinari, ad quē nō pōt ſine dono ſup- celeſtis gratiæ puenire : dicim⁹ etiā q̄ qſq̄s i peccato ſolo originali moriſ, vita priuaf æterna: Quia talis vita ſeu fruſtio ex pportiōe illi nō puenit . Nulla tñ ob hoc poena ſenſus pleſtiſ, nullaq̄ triftitia affligiſ: quēadmodū innumerī hoīes mcerore nō afficiunt, q̄a nō ſint impatores. Q̄uis eīm eo q̄ ſunt hoīes contingere potuiffet, vt qlibet ipſorū ad impiū affume- reſ: tñ q̄a in eo ſtatu ſe videt cōſtitutos, ex quo nūq̄ vel rariſſime ad id fastigiū pueniſ, eiusmoſ priua- tione nil penitus cōtriftant. Ita & infantū ac puero- rū aīe in peccato originali decedeſtū, q̄uis ſciāt ppter- ea q̄ ſunt rationales potuiffe p gratiā ad diuinę eſſen- tię viſionē eleuari : tñ cū ſortis & cōditionis ſuā in- habilitatē ad id poſtea nouerint, qđ iam eis eſt im- poſſibile factu, minime appetū, nec ſuperne beatitu- dinis defectu anguntur, Deo præſertim cooperanteſ cui p rectitudine volūtatis omnino cōformantur . ¶ Cū ergo nulla ſenſibilis poena illos afficiat, confe- quēs eſt vt bona quaꝝ natura hominibus debent hu- manitatis iure ipſi cōsequant: vt naturaliū puta re- rū ſcientiā diuinorūq̄ pteplationē p ea q̄ facta ſunt, & q̄cqd hūanę felicitati naturaliter tribui pōt. Alioꝝ

Triumphus Crucis.

quā naturali & optato munere priuati trifftia carer e nō possent. Deus etiā liberalitate sua aliq̄ eis supernaturalia dona pferet, vt corporis imortalitatē. Mortus siqdē celi cessabit, ḡnatioq̄ & corruptio. Ideo oēs resurgēt imortales. Neq̄ amplius corporis alimentis, alijsve necessarijs egebūt: nulliq̄ infirmitati aut molestię vel repugnatię erūt obnoxij. Sed potius letabunt, dominūq̄ laudabūt. ¶ Et quis credam⁹ eorum nūc moriētiū animas ad inferos trāsmeare, ad eā vīcē partē subterraneā, quā parvulorū insontiū limbus vocamus: nulla tñ poena plectunt ex loci conditio. Aīa em̄ a corpore separata p se a locali situ nō patit. Post resurrectionē tñ arbitror, salua semp de terminatione sancte Romanę ecclesię (nihil em̄ super hoc inueni definitū) sup terrā tū defæcatā glorificatāq̄ eos habitaturos. Deūq̄ in ppetuū magnificatros. Ad hoc aut̄ haud temere credendū adducimur: Primū qā locus debet puenire locato. Qz si corpore immortali impassibiliq̄ illi resurgēt, & beatitudine quę naturaliter haberi pōt potient: luce solis & alijs deletabilib⁹ bonis naturaliter homini cōperefētibus priuari nō dñt: qb⁹ carerēt, si opaco & subterraneo carcere includerent. Tum qā vt iā dictū catholicorū assensu probatū est, poena sensus originali peccato nō debet: sed ob allatas supius rōnes priuatio solū visionis diuine. Si ergo tenebroso terrę carcere clauderentur: nō liquet quō sensu afflictione liberi exempti⁹ essent, vbi lucis inspectione pulcherrimorūq̄ corpora celi & terre, multisq̄ bonis, q̄ inserta natura desiderat, oīno priuarent. ¶ Patet igit̄ nullā ex peccato originali subseq̄ poenā, ppter quā iniustitię deus argui

Liber Tertius.

possit. Quinimo in originali peccatis culpa, quae sine
grâ in puris naturalibus decedunt: beatitudo cōcedit
illis ex pportione cōuenientiâ: In quo diuinus iustitiæ sa-
pietieq; ordo mirifice cōmendat. Ex his ergo perspic-
cuū est ea, quæ doctrina christiana de Iustitia asserit
originaliq; peccato, eiusmodi esse, ut ex eis nec irra-
tionabile, nec impossibile quicq; elici possit.

Christi passionē ac reliqua humanitatis eius
mysteria, omniaq; ecclesiæ circa fidem decreta ras-
tionabiliter ponit. Cap.X.

Deus autem pater misericordiæ ac diues in boni
tate sua huic defectui pncipio mudi oppor-
tunis sane remedijs, sacrificijs. scilicet parétū
fide, deinde circucione, demū sacro regenerationis la-
uacro succurrat. Talib⁹ em̄ mysterijs sanctificati p-
vuli olim defuncti, q̄b⁹ mō decedunt, ex habilitate per
supnaturale pcessa gratiā vitā cœlestē acqrunt. Alij vero
sanctificatiōis hui⁹ exptes limbū petūt, eā qñq; felici-
tate cōsecuturi, quā illis iure naturali puenire dixi-
m⁹: qui idcirco de deo q̄ri nō possunt, sed de parétū
poti⁹ infidelitate vel omissione. **S**ed quæ fides nostra te-
net sanctos patres veteris testamēti usq; ad Christi
adūtū in limbo fuisse detētos, dubitari posset cur
illi, cū essent originis labē purgati, grāq; ac meritis de-
corati, ac ppterēa vīte eternā idonei, nō ad celū statim
euolarint. Cui obiectiōi r̄ndem⁹, q; cū p̄st̄m origina-
le nature sit nō psona, & a p̄mī hoīs psona in naturā
descēderit, ac deinde a natura ī singulos hoīes effluxe-
rit, oportebat hoīes nō solū deo p eoq; psonis, sed etiā
p vniuersa natura satissacere. Quilibet autem sētōs pa-
trū sufficiēter p psona ppria satissacerat, sed p p̄ctō.

Triumphus Crucis.

totius naturę in primo hoīe vitiatę, in quo oēs im-
plicite confēti peccarūt, satisfacere nemo valuit: vix
enī pro se q̄sq; satisfacere potuit. Et p̄tīn naturę ad-
uersa primi hoīs volūtate in totā naturā diffusum,
cui nō repugnat sub se infinita h̄re supposita, quodā
mō erat infinitū: Nō.n.naturę seu speciei repugnat
infinita per successionē supposita h̄re posse: Ideoq; ex
hoc quandā retinet infinitatę. Vñ cū p̄tīn originale
naturę sit adductū, exigebat remediū infinitum. Qđ
nulla creatura, cū q̄libet sit finita, p̄ se poterat exhibe-
bere. ¶ At forte videaf ad dei benignitatę p̄tinere, vt
qualiscunq; psolui queat, ab hoīe satisfactionē exige-
ret, reliqua īpossibili clemēter ei p̄donata. Dicim⁹ igi-
tur a nobis vtiq; credi deum, si aliter huic defectui
succurrere nequisset, p̄ ināstimabili ei⁹ bonitate cu-
sūlibet hoīg satisfactionē p̄ seipso, p̄q; natura huma-
na fuisse misericorditer accepturū: Sed ille cui⁹ mise-
ratiois nō est finis, q̄q; ex iustitia pariter nil impu-
ne relinq; aliū adinuenit modū, quo nō solū p̄ tota
humana p̄pagine amplissime satisficeret: sed ipsa etiā
p̄fectior redderef. Quia ergo p̄tō naturę īfinito nul-
la creaturātū, sed solus deus vt īfinit⁹ satisfacere po-
terat: nec tñ is debebat, q̄ nō deliqrat nec delinquere
pōt: homo vero qui non poterat debebat: voluit ipse
deus p̄iissimus mortalē carnē induēs homo fieri, vt
& q̄ poterat & q̄ debebat pie satisfaceret. Homo igit
ille ac deus filius dei Christus Iesus debitū oē psol-
uit. Vnde sacri sanguinis p̄cio in cruce effusis resera-
ta fuit patrib⁹ ianua paradisi, & quā semp optau-
rāt felicitatę post mortē eius illico sunt adepti. ¶ Ex
qua rōne & alijs supi⁹ memoratis appareat hūanita-

Liber Tertius.

fis p deum assumptę pueniētia. In hoc em̄ euīdētius suam declarauit potentia, qua tāto fōdere sibi copulare humanam naturam potuit, vt vere fact⁹ sit hō. Neq; sapientia minus ostēdit, qua admirabile modū ad pditū hoīem recuperādū in vitāq; æternā pducen dū exquisiuit: Vnde infinita bona mūdo exorta sunt. Bonitatis quoq; suę thesauros largissimos patefecit, dū se totuꝝ naturę humanaꝝ infudit, vt eā sibi arctiori vīculo pr̄sus vniret. Suā deniq; misericordiā, qua p nobis voluit crucifigi: iustitiāq; simul adēquauit: qua sibi ad plenuꝝ satiſfactū iri firmiter cōstanterq; decreuerat. Hinc peccatoribus qbuscūq; si resipiscere velint, certa & facilis pmitti venia delictorū: Impenitentibus vero & obstinatis indelebilis pēnārū exactio & horror incutie. Quā ob cām innumerū hoīes post aduentū Christi a vitijs ad vñtutes pueri sūt, & suoꝝ pñnitētiā erratoꝝ pegerunt. ¶ Itaq; si h̄ec & infinita alia p Christum humanaꝝ naturaꝝ collata beneficia pñsiderem⁹, tātā inueniem⁹ sapiētię pñfundatę, quātā nullus capere queat hoīis itellectus. Qđq; in Christo stultū esse videſ, cūctis bonarū artiū studijs sapiētius eē pñstabit, orthodoxęq; vñtatis inquisitoribus magis ac magis tāti mysterij rōnes mirabiles apparebūnt. Cōuenienter ergo Christus p humano gñe passus ac mortuus est. ¶ Et qa nō solum ad peccata nřa diluenda, s̄z ad nostrā pariter instituēdā venerat vitā, nō tm̄ pati dignū putauit, sed turpissimā sibi mortē acerbissimāq; delegit, vt illius exemplo ppter veritatis iustitięq; ipsi⁹ dilectionē ac obseruatiā durū ac terrible nihil formidemus. Admirabiles quoq; delectationes innumeręq; pie contemplantib⁹

Triumphus Crucis.

Vitilitates ex huius fontis dulcedine, ex morte vero Christi crucis hauriuntur. ¶ Quoniam insuper obierat propter peccatorum remissionem, & ad adiutum vitaे æternae reseraveruntur: opportunum sane fuit illi defuncti animam ad pres usque descendere ut illos animas de sinu limbi educeret, easdemque suo lumine illustraret, ubi propter originis laborem macipati (ut dictum est) tenebantur. Ne quis vero illum non vere mortuum duceret, merito tumulatus est, triumque dierum in sepultura iacturam tulit. Verum si post hec non resurrexisset: nulla resurgendi mortalibus spes esset relicta. Iure ergo sui obitus mysterio absoluto, gloriosus a mortuis resurrexit. Et quia illius corpus iam effectum fuerat in mortale ac gloriosum (ut superius de corpore resurrectione meminimus) indignum erat eum apud homines dominicum habere commercium. Sicut n. Christi corpus ex formæ gloria & unitate ad verbū corporum est omnium perfectissimum: ita decuit ut super omnes celos & super omnia corpora ascenderet, & tanquam dei unigeniti ad dexteram patris sedetur. sed in æternâ vita posterioribus bonis. Quod si quarecumque celos, si solidi sunt, penetrauit: iam respolum est diuina virtute fieri posse, ut duo simul corpora existantur. ¶ Præterea cum Christus dei filius ab hominibus fuerit & per homines iniuste impieque damnatus, pars fuit ut ipse tanquam caput omnium hominum atque mensura, substitueret viuorum iudicem & mortuorum, singulis (ut proficiuntur) iustam operum mercede in fine seculi redditurus. Hac itaque consideratis oī ex parte christiana religio non minus rationabilis & equa quam admirabilis diuinaque videbitur. ¶ De fide autem sacris scripturis adhibenda, quibus ipsa firmiter inheret, satis in precedenti libro dictum putamus. Ostendimus enim cum non nisi a deo emanare possint, illis 1

Liber Tertius.

uiolabiliter esse credēdū. Et qm̄ tā in reb⁹ materialib⁹ q̄ in doctrinis oē mobile ad aliqd imobile reduci op̄ze dicimus dēū p̄ suę ecclesię cura & administratione alia quid in ea imobile statuisse: ad qd̄ velut ad solidissimum principiū fundamētūq̄ oēs p̄currere debeant: Quēadmodū etiā in disciplinis prima sunt principia, in quæ oēs resoluunt conclusiones. Nō ergo temere asserimus quicqd sancta Romana ecclesia determinauit seu in posterū determinabit, esse credēdū: & quicquid illa aspernata est aut aspernabit, esse rei sciendū. In dubijs em̄ ipsam p̄sulimus tanq̄ primū principiū ita a deo gubernatū atq̄ directū, vt in ijs p̄sertim q̄ ad humani generis fidem salutemq̄ pertinent, errare non permittatur.

¶ Christianā religionē duo charitatis p̄cepta toti⁹ vita moralis fundamēta sapiētissime ponere. Ca.XI.

Q Via ergo ostēdim⁹ christianā religionē i ijs q̄ ad fidē p̄tinēt nūl impossibile aut irrationabile p̄tinere: idē in illius morali institutiōe p̄sequamur. Q̄q̄ ea sufficere possunt, q̄ in supiore libro dechristiana vita disseruimus. Nā si nulla melior illa dari aut excogitari p̄t, certe cōsequit̄, vt moralia religionis christiane sint optima. Nec alia hoc i diget p̄batione, cū ex effectibus cause cognoscant̄. Verum q̄a res p̄fectius particulariter q̄ vñr p̄cipiūt, ad maiorē illorum declarationē particulares & postiores aliquas leges in mediū afferem⁹. Nō tñ oēs: tū q̄a nimis a p̄posito digredieremur: tuž q̄a ex ijs, a q̄bus alię depēdēt, cetera facile iura intelligam⁹. ¶ Primum ergo nostroꝝ moraliū principiū est: Diliges dñm dēū tuū ex toto corde tuo & extota aia tua & ex tota

Triumphus Crucis.

mētētū & ex oībus viribū tuis. Scđm aut̄ est: Diſ
liges pximū sicut teipm. Quę nō ita intelligenda sūt,
vt sufficiat xpiano dei & pximi p sola naturalia dilec-
tio. Sz dilectio dei & pximi p supernaturale donū grę
ei p̄cipiſ, vt vcz se disponat ad hmōi donū supernatura-
le grę & charitatis a deo suscipiēdū & exercēdū. Natu-
raliter.n. vt in supiorib⁹ declaratur⁹, q̄libet creatu-
ra supra se deuin diligit & pximū tanq alterū se. Hoc
aut̄ p̄cepto nobis iniungit, vt qđ naturale est, p donū
supernaturale pficiat. Iubemur itaq̄ deum ita sup oīa
diligere, vt eius amorē p̄prio p̄feram⁹, & vt nos oīaq̄
nostra adeum tanq ad finē ordinemus. Vñ nobis ab
apostolo in hunc modū p̄cipiſ. Siue manducatis si-
ue bibitis siue aliud qđ facitis, oīa in gloriā dei facite.
¶ Quia aut̄ maxime nos ab hoc amore carnis petu-
lantia retrahit, dictum est, Diliges dominū deū tuū
ex toto corde tuo. In corde em̄ est fons vite sensuum
appetitusq̄ principium: A quo ad amorem sensibili-
lū trahi ab amore diuino separamur. Ideoq̄ dicit,
ex toto corde, acsi diceret: subijcias pr̄sus p̄tē sensibili-
lē volūtati, vt & illa pari ordine ad deūtēdēs nulla i-
re ab ipsa rōne deiq̄ lege dissentiat. Et qa absq̄ duce
rōne solet aberrare volūtas, sequit: ex tota aīa tua. i.
ex tota volūtate ad hūc finē directa. Aīa siqdē est vite
principiū, vnde p̄fluit motus: ex quo aīata ab inani-
matis discernunt: Aīata em̄ mouēt seipsa: qđ nequa-
q̄ inanimata facere possunt. Cū ergo volūtas oēs mo-
ueat rōnalis aīa potentias: recte p aīam intelligim⁹
voluntatem. Pr̄cipitur ergo vt integra volūtas cū
omnibus ipsius motibus actibusq̄ in deum ordine
tur: vt vcz illū amet, illum desideret, in eo delebetur:

Liber Tertius.

Huic autem patria odio habeat fugiatque, & si admissa fuerint, tristitia ac doleat: deum timeat, in eo speret, non diffidat de illius misericordia, de propria iustitia non presumat, sibi met suisque vitijs successeat & irascatur: cates rati homini pagat ad honorum ac gloriam dei. Quia vero voluntatis motus a ratione dependet, cum illius obiectum sit bonum cognitum: statim merito adiungatur, ex loca mense. Mens. n. intellectum significat & rationem. Quae ita in deum credere debet, ut quodque intelligit & contemplatur, sit deus: vel ad eum actu vel habitu saltu destinetur. At quantum finis prosperiter se amat, etiam sine mensura dilectionis alio insidetur: Quae enim sunt ad finem, eatenus amamus, quatenus ad ipsum finem proportionem habemus: Sed amor finis immensurable est: Cognitum ergo tribus his subiungitur, ex oibus viribus tuis: vt. scilicet deus sit finis noster, ad eum oī studia ac conatus credamus: eius ratio, voluntas, & sensus penitus obtulerimus atque oī virtute & gratia perficiantur: Ut deum in nobis ita consumatis ac postremo beatificatus glorificetur deus: sicut oī causa in perfectione commenda sui effectus. Ex hoc ergo apparet non solū qualiter homo deum, sed etiam seipsum diligere debeat: Quia perpetuo ordine ita illi vni affici & subiungi debet, & id totum quod vivit quodque agit ad eius gloriam ordinare, ut in ipso tamquam in opere suo perfecto magnificetur deus. Sed quod minus constabat qualiter esset proximus diligendus, cuius amor non ita sicut proprius naturalis est: ut omnis ambiguitas erroris cessaret, secundum deum addidit perceptum, dices, Diliges proximum tuum sicut teipsum. id. ad eudem ad quem teipsum diligis finem. Nam cum finis noster sit honor dei ac gloria, causaque in perfectione magis sui effectus quam in diminutione semper honoretur

Triumphus Crucis.

cū hoīes sint dei effectus , idē magis in ipsis pfectis
sup̄meq; beatis q̄ aliter se habētibus honorat. Si ergo
diligēdo deū illius glorię usquequaq; nos intēdere
oportet:debemus & pari fine,ad quē anhelamus,di-
ligere proximū,vt quēadmodū in nobis ita & in illo
diuinū opus eluceat ac laudetur. Quid quoq; duo-
bus his mandatis seu principijs verius,quid ratio-
nabilius,quid diuinius dari potest?In quibus & di-
uina iura & humanę societatis fœdera,ac deniq; le-
gum omniū pfectio cōtinētur. Hinc em̄ pēdet leges
ac prophetæ.Qnicquid igitur ex his resultat vel eis
consonat,apud Christianos sanctū & inuiolabile re-
putatur:Qnicquid autē eis repugnat aut obſtitit,
prophanum est & evitandum.

CMoralē ecclesię doctrinā excellētissimā esse. Ca.XII.

Rationabiliter itaq; duę moralium p̄ceptoq;
tabulę nobis exhibet sunt: quarū altera ad
deum,altera ad proximū,hominē recto calle
dirigit atq; instruit. Nā cū homo ciuile sit animal &
alicuius pars cōmunitatis,ad vitę eius restitutinē
attinet,vt primo erga vniuersorum principem,des
inde erga ciues suos bene se habeat. Quēlibet igitur
hominē existētem partē humānę naturę, & vt chri-
stianū reip.christianę p̄tē: bñ se habere erga eū opos-
tet qui naturā humānā regit,& q̄ christianitatis ca-
put est.s.erga deū & Christū,deū & homē. Qđ qđe
rite exequiſ, qñ eū diliget ex toto corde,ex tota aia, &
ex tota mēte,cūctisq; viribus suis.Quia vero cōmu-
ni omniū principi primū merito debetur fidelitas,
qua ei inuiolata fides in omnib⁹ seruetur,nec ab illo
quis ad hostem vlo pacto deficiat:rite in principali

Liber Tertius.

prīmē tabulē mandato oībus edictū est, vt deū verū colāt, q̄ vñus tñ est: nec deos alienos corā eo, q̄ vbiq; assistit, quēve nihil latet, venerētur, nec ad diabolum quoquo pacto diuertāt. At x̄o qa scđo loco principi debet reuerētia, rōnabiliter scđm prīmē tabulæ p̄ceptū est: nō assūmes nomē dei in vanū. Deū em̄ pror sus inuisibilē honorare cupiētib⁹ in ijs quæ ip̄m rep̄sentant, honorādus est: Cuiusmodi maxime sunt vo ces, q̄ ad eū significandū aut laudādū inuētæ sunt: q̄q idem cæteris in rebus illū referentibus, aut quoquo modo ad ipsum p̄tinētib⁹ seruandū est. Cū aut̄ tertio ac postremo principi debeat meritus famulatus: cōgrue etiam tertio prīmē tabulē p̄cepto iubet: Memen to vt diē sabbati sanctifices. p̄ qđ monemur, vt debitū cultū tā internū q̄ extēnum sincerissime deo exhibe aus. de quo supiūs mentionē fecimus, & qđ restat, alī quid opportuno loco in hoc tractatu subtexemus. Ex his trib⁹ p̄cipijs eliciunt̄ quęcūq; ad deū colēdū ho norādū obseruandūq; p̄tinēt, & in ea qcqd ad deū spe stat resolut̄: Quęcūq; autē illis refragantur, vel dis crepan, oīno explodim⁹ ac repudiam⁹. Secūdū au tem p̄ceptum seu secunda tabula est: diliges pximū si cutite ipsum. Cum vero diligere sit bonū velle, & malum ei quē diligimus nolle: duas dilectionis proximi p̄tes facimus: vt. s. bona pxim⁹ velimus, nec ei mala inferamus aut desideremus: ideo in secunda tabula primū legit̄: honor a p̄tem tuū & matrē tuā. Vñ etiāz honoris exhibitio bñficiorūq; gratitudo erga quēlibz nobis pximū colligit̄. Offensionis aut̄ illationē euitā dam intelligim⁹ ope, lingua & corde. Ope vero tā in psonam p̄priā q̄ coniunctā resq; cōtiguas, ab iniuria

K

Triumphus Crucis.

abstinēdum esse, ut a quauis noxa mendaq; liberi vi-
uamus. Propterea in eadem tabula secundo subdit,
Non occides: qđ nō documentū p̄ximo in personā pro-
priam illatuꝝ iri prohibet. Tertio, Nō mœchaberis:
ex quo nullius vxorem vel fœminam violandā ēē ca-
uetur, & ad quaslibet detestandas luxurię sordes in-
terpretandum est. Quarto, Non furtum facies: hinc
quęlibet alienę rei usurpatio condemnatur. Quinto,
Non falsum testimonium dices contra proximū tu-
um: vbi tenemus quodlibet iniquę ac deierantis vel
maledicę lingue peccatū esse abominandū. Sexto, Non
concupisces vxorem proximi tui: per quod menta-
lis luxuriæ infectio, & inordinatus libidinis appetit⁹
coercetur. Septimo, Nō desiderabis rē pximi tui: in
quo monemur nō tñm alienę rei usurpationē esse fugi-
endā, sed sinceritatē mentis pariter ab auiditate in
iustę possessionis custodiri oportere. ¶ Et neci dubi-
um obrepat, qđ cū nō minoris sint criminis desideria
cæteris p̄ceptis contraria, præsertim primę tabulæ:
quare potius libidinis reiꝝ alienę damnata desideria
exprimant, qđ cetera grauiora: Rñdemus qđ lex euang-
elica nō solū mala opa, sed prauos etiā coarguit affe-
ctus. Præcepta aut̄ superi⁹ enarrata nō solū de exte-
riori ope, sed de inferiori eque accipiuntur. Verū nō
sine causa duo hæc postrema signatiū expressa sunt.
Cuiilibet eīn quātūcūq; rudi desideria illa cæteris præ-
ceptis aduersantia suā obliquitatē nequitiāq; ostendunt.
Quis nāq; nesciat malū esse deo nō credere, vel
infidelē ei aut cōtumacē esse atq; rebellē? Quis non
itidē culpet parentū cotēptū ac contumeliam, vel ho-
miciđ feritatē mentiēdiꝝ seu calūniandi iprobitatē

Liber Tertius.

nō abomineat? Hęc em̄ cogitata horrorem poti⁹ q̄ delectationem afferūt. At libidinis ardor videſ esse naſturalis: Aīalia nāq̄ gñare natura desiderant, veheſ mensq; est delectatio carnis: Externoq; etiam bonoq; auiditas, q̄a eis plurimū indigemus, videſ esse natu‐ra hoī inserta. Hinc possent rudiores opinari horuſ appetit⁹ minime esse p̄tā: præsertim cum nulli sola desideria noceāt. Cōsultissime itaq; duo hęc libidinis scilicet alienoq; rei indecens appetitus notata sunt. ¶ Lex ergo nostra hoīm pfectiōni inuigilās tam cor‐dis q̄ opis rectitudinem depositit: ita vt nec ita factum qd vel minimū relinquit. Nā ex his pncipijs oīa alia iura moraliaq; pcepta, vt iā diximus, defluunt, & ad hęc redigunt: & scdm eoq; normā cuncta iusta aut in‐iusta iudicam⁹. Nihil siquidem qd ad bonos mores ptingeat illis inueniri pōt cōtrarium: Quinimo oīa moralia sunt eis ppria, & in ipsis tāq; in primis pncipijs corroborant. Propterea christiana religio q̄c quid de virtutibus ac moribus ph̄i doctissimiq; virf scripserunt, facilius, vberius sanctiusq; cōplexa est: & quę ab illis ignorata vel ptermissa sunt tam diuina q̄ naturalia exq; sitissime & cumulatissime auxit. ¶ Cōſilia quoq; addidit, vt melius præcepta seruenit. Nā cum tota vita christiana ad diuini amoris perfectio‐nem tendat: quę sine puritate cordis terrenarumq; affectionum purgatione haberī non potest: omnia dei præcepta legesq; bifariam distinguūtur, In affir‐mationem. s. ac negationem. Præcepta igitur affir‐mativa pfectiōnem charitatis attendunt: Negatiua aut̄ puritatis integratatem. Ad vtrūq; vero pñt cōſilia ptingere. Est em̄ cōſilium nō præceptū, vt qui per‐

K ij

Triumphus Crucis.

fectus esse velit, vēdat oīa q̄ habet, & det pauperibus: pauperēq; Christū sequat, vt celibem ac cōtinētissimā vitā ducat: vtq; religiosi alicui⁹ patris obœdiēti⁹ subditus ab affectib⁹ cupiditatis & glorię, totiusq; superbię, necnō voluptatis & rerū exteriorū sese pcul amo ueat & emūdet. Consulitur quoq; ad pfectā charitatē acquirendā, vt se diuino cultui in ppetuū dedicet: quo tidie diuinās laudes celebret, sep̄issime oret, plurima q; alia peragat, ad q̄ nemo aliā ob rē teneat, nisi vt supremū pfectionis apicē charitatisq; attingat. Ex quibus oībus manifestū est christianā religionē in cunctis adeo ordinate sapiēterq; quo ad moralia spectat pcedere, vt nihil incōpositū, nihil nō pbādū admitat: eiusq; efficacię in docēdo eē, vt efferatos hoies plērūq; tā mansuetos q̄ sunt agni efficiat: libidinis vero atq; avaritię sordib⁹ inuolutos miro candore renouet ac exornet: vt iā luce clarius sit nullā philosophorū scholā nullāve aliā religionē eiusmodi attulisse doctrinā, talesve fructus hoībus peperisse: quinīmo tñ ab hac nrā distare q̄ terrę centrū a summo distat cæli cōuexo, quātūq; tenebre ab ipsa differunt luce.

Judicialem ecclesię doctrinam maxime rationabilem esse.

Cap. VIII.

Religionem insuper nostram pari esse rōne in iudicialib⁹ extollendā facile demonstrabimus. Cum em̄ in unoquoq; sit dare vnum primum quod sit aliorū mensura: in gñē legū p̄mā ponimus eam, quā nūcupamus legē eternā: quæ scilicet omniū est actionū monitionūq; diuinę sapiētię ratio directiua: vnde oēs alię leges deriuant. In om̄i em̄ ordinata motioe oportet virtutē scđi mouētis a mouēte pmo

Liber Tertius.

